Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

19.-148. DA BOX

= L. N. 600
M
ex 1

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

THOMAE FINCKII

HOROSCOPOGRAPHIA

SIVE

DE INVENIENDO STELLARVM SITV ASTROLOGIA.

In qua tabulæ declinationum, aſcenſionum rectarum, differentiarumq; aſcenſionalium generales: aſcenſionum pro Sphæræ omni gradibus definita obliquitate: poſitionum & cæleſtium domorum quidem pro Germania magnaq; orbis arctoi parte, Cardinum vero Ranzoviana Holſatica, cum ſolis diario: Revolutio: profectio: Directio.

Ad

HENRICVM RANZOVIVM
Vicarium Regium.



SLESVICI

Sumptibus Ranzovianis: typis Nicolai VVegneri.

M. D. XCI.

F CK. v. K

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1



B.R.H.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

MAGNIFICO VIRO
SERENISS. DAN. REGIS PRODVCI
CIMBRICO

DOMINO HENRICO RANZOVIO

OMNI BONORVM GENERE
FLORENTISSIMO
MAGNO SVO FAVTORI

Conſcriptæ prius ac tandem vel in ipſis itineribus innovatæ

HOROSCOPOGRAPHIAE

THOMAS FINCKIVS

POSSESSIONEM PROPRIETARIAM

D. D.

CETERIS VSV FRVCTVARIAM INDVLGET

Donec στοιχειώσεως *Mathematicæ votum exſolvat.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

In Horoſcopographiam præfatio.

RAnzovi illuſtris Quod tritum ſermone fertur proverbium, μεταβολὴ πάντων γλυκύ: id cum aliis in rebus & actionibus omnibus, tum vel in divinis Medicinæ & ſuaviſsimis mathematum ſtudiis manifeſtiſsimè apparet.

Etſi vero eam voluptatem parere mihi cum itinera tum alia potuiſsent negotia: Voluntas tamen in me tua fecit, ut præ omnibus & fallendi temporis occaſionem & in ſeriis ſtudiis recreandi animi commoditatem in Horoſcopographia quæſiverim. Cum enim tuum in me animum tam benevolum ac conſtantem viderem: malui petitioni tuæ honeſtiſsimæ morem genere: quam ejuſmodi laborem detrectare, tantopere editæ olim Horoſcopographiæ ac tuæ cardinum cæleſtium tabulæ neceſſarium. Nimirum illam & feſtinatio effudit: nec ſuſcepta peregrinatio elaborari permiſit: & vero diſceſſus ac abſentia magno erratorum graphicorum cumulo corrupit. Horoſcopographiam ergo ſecundum aggreſsus ſum, & eum in finem progreſsus, ut vix ulla ſuperioris ſupereſſe videantur veſtigia. Tabula tum tua ſuſcepti tractatus & cauſſa fuit, & exſtitit argumentum: nunc honorario loco contenta eſt, in tanta tabularum copia: Quæ nec ipſæ ab inſtituto tuo alienæ videntur: nec ſunt ſuperfluæ. Exſtant quidem pleræq; omnes in opere tabularum directionum Ioan. Regiomontani ac Eraſmi Rheinholdi: hic ipſæ illæ tamen & ordine modoq; alio digeſtæ ſunt & compendio in paucas contractæ tabulas & vero apodictico calculi ratiocinio munitæ.

Hoc ergo quicquid eſt, Ranzovi ampliſsime, quod tuis eſt conſcriptum uſibus, tantaq; confectum diligentia, quantam aulæ cæteraq; conceſsere negotia ſerena fronte accipe: & ut jure te tuo gaudere ſinam, publici juris facere & cum aliis communicare perge. Qui ſi animis gratis & voluntatem tuam egregiam & meum qualemcunq; agnoverint laborem: ad reliqua perficienda, majora etiam verè illa mathematica magiſq; noſtra animum mihi addent, ſi ocium ex voto contingat. Quod etſi in aula laudatiſsimæ memoriæ illuſtriſsimi mei domini herois inclyti & optimi principis Cimbrorum ducis Philippi obtinere potuiſſem: nunc tamen magis in regia Daniæ Academia oblatum ſperabo. Vale Heros clariſsime ad omnem animi ſententiam, & cum omnia tibi mea parata intelligas ſolito me amore complectere.

Sleſvico Cal. Iun. M. D. XCI.

M. T.

Studioſiſs.

Thom. Finck. D.

Cap. I. Horoſcopographiæ definitio: generalis ſituum cæleſtium inventio ex tabulis: illarum compoſitio: & uſus, pro omni datorum varietate per partem proportionalem.

Cap. II. Horoſcopographiæ partitio: de ſitu ſtellarum in Zodiacum relato: latitudinis ac longitudinis indefinitè.

Cap. III. De ſitu longitudinis determinato ad ſigna: ubi planetarum domus, almugea, exaltatio, ſolium, detrimentum, caſus, peregrinitas: & gradus: ubi de planetarum terminis.

Cap. IIII. Situm ad æquatorem relatum inchoat: ac declinationis inveſtigandæ rationem profitetur: cum apodictico Geometriæ ratiocinio tum conſtanti inde deducto epilogiſmo tabularum: pro & partibus Zodiaci, & omnibus extra eum locatis ſideribus: in omnem hactenus notam firmamenti obliquitatem accommodatarum: & vero pro Planetis ac ſtellis intra planetariæ latitudinis terminos: inclinatione Zodiaci gr. 23. pri. 30.

Cap. V. Aſcenſionum doctrinam auſpicatur: aſcenſionum Sphæræ rectæ inveniendarum methodum præſcribit Geometricam: eam in tabulas conjicit pro omni Zodiaci obliquitate inſervientes cum partibus Zodiaci tum extra illum locatis ſtellis: pro planetarum vero aſcenſionibus rectis tabulam edocet in Zodiaci inclinationem gr. 23 ½ relatam.

Cap. VI. Differentiarum aſcenſionalium doctrinam ac calculum proponit: proq; iis exquirendis tabulam continet cuivis & Sphæræ inclinationi & ſtellarum declinationi profuturam.

Cap. VII. Aſcenſionum Sphæræ obliquæ inveniendarum rationem ediſſerit.

Cap. VIII. illam generalem ita partibus Zodiaci accommodat, ut tabulas complectatur aſcenſionum illarum in omni Sphæra obliqua.

Cap. IX. Deſcenſiones ſtellarum perveſtigandas ſuſcipit.

Cap. X. ad ſitum in circulis mundanæ dimenſionis pergit: inq; meridiano à puncto verticis: à meridiano vero in AEquatore numeratam diſtantiam proponit.

Cap. XI. ab illa à meridiano diſtantia ad arcus ſtellarum diurnos nocturnoſve & tempora aggreditur horaria: horarumq; planetariarum doctrinam exſequitur pro ſingulis ſingulas adaptans tabulas: multis profuturas regionibus.

Cap. XII. in ſitu ad Horizontem relato proſequitur ſtellarum ab Horizonte ſurſum deorſumve in AEquatore numeratam diſtantiam.

Cap. XIII. Situm in poſitionum circulis edocet: ubi pro arcu æquatoris inter meridianum ac poſitionum circulum duæ exſtant tabulæ: pro elevatione vero poli mundi ſupra circulum poſitionum duo tabularum genera.

Cap.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Caput XIIII. Situm habet planetarum in circulis propriis: ubi illorum aſcenſus deſcenſus: progreßio, regreßio, inſtitio: velocitas, tarditas.

Cap. XV. De ſitu ſtellarum in quadrantibus cæli Meridiano ac Horizonte ſectis: quorum cuſpides ratione generali inveniuntur.

Cap. XVI. inventionis illius compendium in tabula cardinum cæleſtium Ranzoviana, cum Solis diario.

Cap. XVII. De ſitu in domibus cæleſtibus interjectis: ubi cæli tributi varietas octogonica, duodenaria: utrinq; horaria Alcabitiana, rationalis Regiomontani: Orientalis Campani: Porphyriana quadrantum æquè ſectorum: ac æquales Arabum.

Cap. XVIII. ad duodenariam rationalem tabulas exhibet novem pro Germania magnaq; orbis arctoi parte: elevatione polari gr. 46. 48. 50. 52. 54. 55. 56. 58. 60.

Cap. XIX. Omnem Syzygiarum ac aſpectuum ſtellarum inter ſe rationem perſequitur: ubi de applicatione, ſeparatione: curſus vacuitate: luminis obſeßione, translatione, prohibitione, receptione, fruſtratione, perturbatione, abſcißione, deq; Aſtrologorum ſpeculo.

Cap. XX. De ſitu ad Solem collato diſſerit: ubi de combuſtione, ſub radiis aut in corde ſolis poſitu: luminis auctione, diminutione: de ſorte & parte Fortunæ.

Cap. XXI. De revolutionibus, tam imperfectis; qui tranſitus ſtellarum ſunt: quam perfectis: ubi de annua ſolis ac aſpectuum ſtellarum inter ſe reditione.

Cap. XXII. Profectionum doctrinam proponit: pro iis inveniendis tabulas, ad Chronocratoris etiam veſtigationem inſtitutas.

Cap. XXIII. omnem directionum doctrinam abſolvit tam directarum quam converſarum: ad methodum Regiomontani ſubtiliorem Ptolemaicum compendium aggregat: Diviſorum ac Algebutharum hinc inveniendorum ratione concludit.

Nunc verò ſi quis ordinis unà rationem quæſiverit: is cum ex hoc indice tum tranſitionum luminibus in ipſa tractatione paßim prælatis ſchematiſmum commodè conficere, utq; noſtræ feſtinationis ſic relicti ſpacii rationem habere poterit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Σφάλματα quæ præter exſpectationem irrepſerunt ſic reſtituantur. Punctum unicum numero literæ aſſcriptum · faciem primam notat, geminum : alteram Itaq; lege.

B 3. 5 gr. 61. prim. 45
C 2: 21 A polus Aequatoris ECD. & B polus Zodiaci FCG. á polo æquatoris maximus circulus AHL ſecet æquatorem in L
D 1. 22 colurus
 32 Zodiacum in I
 2: 4 alterum :
 32 ſinum
E 4. quæ omiſſa ſunt linearum veſtigia, ea rubeo colore ducenda ſunt & terminis ſuis connectenda ut ſcalæ forma appareat.
F 2: 7 56 pro 59
 3: 9 minuta
 4. 3 polum
G 1. 17 major
I 1: 5 adde gr. 0. pri. 21 ♎

T 2: 21 aſcenſione
 3. 32 poli F & B
 33 tranſeat F K
X 3. 2 gradus, in lateribus gradus
Aa 3. 3. Soli
 4. 10 areæ nomen
Bb 4: 18 deſcribantur
Dd 4. 31 orientia
Ee 4. 11 elevationes
 12 abacum
 4: 2 Brahe
 13 ab aſcenſione
Ff 3. 18 novem pro ſeptem
Oo 2: 4 noſtræ
Pp 1. 18 nomine
Qq 3. 10 horariis

Cetera, ſi quæ ſunt, ejuſmodi ſunt, ut facile attendantur & corrigantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

HOROSCOPOGRAPHIÆ

Caput Primum.

Horoſcopographiæ definitio, ac ſituum ex tabulis inveniendorum ratio.

I. Horoſcopographia eſt pars Aſtrologiæ quæ ſitum aſtrorum exponit.

ASTROLOGIAM, vulgata dicendi conſuetudine, non illam Phyſicam interpretor ſeu Phyſicomathematicam aſtrorum: ſed quæ olim προγνωστικὸν τῆς Ἀστρολογίας *dicta, nunc ſcientiæ illius ſyderum nomen ſibi uſurpat. Eamq; non doctrinam effectuum cæli: ſed a fine ſuo, cur q; illi inquirantur, artem definio ex virtute aſtrorum divinandi. unde jam illud effectum eſt: ab illius finis reſolutione: in ea Aſtrologiam venire media: quibus cognitis mantes Aſtrologus poſſit de omni bonorum genere conjectari: convenienteq; naturæ ſagacitate divinare. Inſequitur & illud: quæ media iſthæc interpretatur: eam in partibus Aſtrologiæ non immeritò numerari. Ea autem futura divinationis organa intelligere eſt in promptu: quæ media ſunt: quibus aſtra in orbem hunc inferiorem agunt. Sed quæ illa ſint: non perinde manifeſtum eſt. Nonnulli de peripateticorum ſchola influentias offerunt. Verum cum influxus ille, ipſa aſtri ſit virtus, hæc verò reapſe ab aſtro ſuo non differat: ſatius fuerit lumen & motum acceptare. Nec enim, ſi hæc caliditatis alteriusve qualitatis cauſæ exſiſtant: propterea frigiditatis, qualitatisve priori illi contrariæ influentia cauſa putabitur: ut alibi diſputatum eſt copioſius.*

Etſi autem Aſtrologi cum motu & lumine influentias una acceptavint: in ſitum tamen omnia videntur retuliſſe: quippe qui modo illorum varietatem gignat: modo ordinem conſtituat: modo ad ipſa illa inſequatur.

Itaq; & nos occultiores illas & particulares, aut luminis δυνάμεις*, aut motus efficientias in alteram Aſtrologiæ partem rejicimus, ſitus diverſitatem omnem generatim in hac parte expoſituri.*

A — Quem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Quam ipſam tropi nec novitate nec inſolentia Horoſcopographiam appellari poſſe cenſuimus. Etſi enim certi illa ſitus exſiſteret deſcriptio: haud incommodè tamen, quæ præcipui cardinis ac ſitus erat inveniendi ratio: ea reliquorum arti nomen ſuum tribuebat.

Quæ extra ſuæ profeſſionis limites ideò progreſſa non putabitur: quod inveſtigandum aſtrorum ſitum ſibi propoſuerit. Cum enim Aſtrologiæ pars ſit: facilè exputari poteſt: illum ad divinandum exquiri, ut proinde jure ſuo finis ultimi excuſationem poſſit prætendere.

2. In hanc rem autem etſi vera Geometriæ exſtent ratiocinia: tamen inde deductæ & conſtructæ ſunt tabulæ, in areas concurſu linearum deſcendentium ac transverſarum tributæ.

Si quis enim locus relinquendus eſt tabulis: is certè eſt in quo nunc verſamur. Aſtronomiam iis obrui iniquum eſt: & veris Aſtronomiæ ſtudioſis ingratum. Calculi habet Geometria noſtra rotundi ea compendia: ut citius ſæpe quæſtioni poſſint quam tabulæ ſatisfacere. Quamq; poſſint adhuc inde varia deduci ab ingenioſis & exercitatis compendia, res ipſa loquitur: in omni triangulorum tam planorum quam ſphæricorum genere: ut qui ſerio ad hanc rem incubuerit: elegantius & citius etiam ex planorum calculo, quam ipſis proſthaphæreſeon tabulis optatam poſſit inveſtigare. Nec ullus erit ejuſcemodi tabularum conficiendarum finis.

Itaq; ab Aſtronomia revocentur in hunc locum: ut illic vera calculi Aſtronomici exponantur ratiocinia: hic doctis & epilogiſmi illius gnaris Aſtrologis, Ephemerides cæteraq; tabularum genera expeditioris divinationis occaſionem præſtent.

Tabularum autem figuram non definimus. Eſt plerumq; totum ſyſtema rectilineum ac potiſſimum rectangulum parallelogrammum. Reperiuntur tamen quæ circulo aliave figura clauſæ ſint. Eademq; eſt arearum ratio.

Ratiocinia Aſtronomica, & conſtructionis rationes aliunde advocantur: Analogiæ Geometricæ paſſim a Ptolemæo, Regiomontano, Copernico & nonnullis recentioribus adducuntur. Etſi autem alibi Calculi compendia ſint à nobis propoſita: ne quicquam tamen hic deſideretur, quod ad tabularum cognitionem exoptari poſſit, noſtrum erit procurare.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

3. Tabularum pars una externa eſt : interna altera.

4. Quæ externa eſt, bis binis eſt concluſa limitibus ſive marginibus : ſupero ac ſiniſtro : infero ac dextro.

Quatuor nimirum partis exterioris vulgo enumerantur membra : Caput, Vertex, quæ pars ſuprema eſt : pes ſive calx, quæ inferior : Laterum nomen reliquis manſit. Nos binas conjunximus partes : quæ junctæ in uſu ſunt : cum omnes in tabula exſtant, id vulgatis innuitur regulis : Quando fit proceſſus à capite ad calcem, latere eſſe ſiniſtro utendum : dextro, cum à calce ad caput.

5. Interior pars eſt arearum : quas ab externæ partis marginibus concurrentes lineæ comprehendunt.

Totum illud Syſtema interius vulgo venter tabulæ dicitur : area vero, ex communi linearum concurſu, angulus communis : communis interſectio : angularis proſelis : & ſi quæ ſunt alia nomina.

6. Quem autem ſitum areæ continent : is tabulæ nomen tribuit.

Sic enim tabulæ aſcenſionum, declinationum, cardinum cæleſtium, quantitatis dierum, crepuſculorum, proſthaphæreſeoneæ ſunt : quæ areis ſuis aſcenſiones, declinationes, cardines cæleſtes, quantitatem dierum, crepuſculorum, proſthaphæreſes planetarias ad certas dati partes comprehendunt.

7. Cum datum unicum eſt in una tabulæ parte : in reliqua erit quæſitum.

In omni ſitu inveniendo opus eſt ratiocinio : in eo vero à dato ad quæſitum pervenitur. Itaq; una tabulæ parte datum, altera quæſitum contineatur neceſſe eſt, ubi tamen pro dati conditione diſpar eſt tabularum digeſtio. Si datum ſimplex ſit & unicum : in una erit parte. Ita oblatus ſinus ; ita tangens ; ita ſecans ; ita interjacens : ſi dentur ſeorſim ; in una erunt tabulæ parte.

8. Si verò multiplex : ſæpe utraq; tabularum parte continetur.

Cum gradus 10 ♈ aſcenſio obliqua inquiritur, in ſphæræ inclinatione gradibus 50 definita : multiplex datum eſt : ſi Syntaxin illarum aſcenſionum ſpectes. Nihilo tamen minus in ſola eſt tabulæ parte externa. Signum quidem cum gradibus elevationis in margine ſupero: gradus verò ſigni

una oblati in ſiniſtro. At ſi data aſcenſione obliqua temporum 4. pri 26 in ſphæra obliqua gr. 50. quæratur ei cooriens Zodiaci punctnm: datum multiplex eſſe protinus apparet: Et in utraq; eſſe tabulæ parte, in ſupero exterioris partis margine gradus elevationis continentur: in areis oblata aſcenſio.

9. Si datum in parte exteriori ſit: quæſitum ingreſſu laterali inveniri dicitur: areali vero, ſi ſaltem in interiori.

Artis hi ſunt termini: ut ingreſſus in tabulas lateralis dicatur: Cum datum in marginibus acceptum deducit ad quæſitum in areis contentum. Arealis vero ubi datum, quod in areis eſt, quæſitum in marginibus exhibet: ſive jam totum in areis ſit: ſive partem in marginibus etiam habeat.

10. Si datum tabulæ exhibeant præciſè, etiam quæſitum exactè præſtabunt.

Exſiſtat in datis cum elevatio poli gr. 55. tum grad. 10 ♊. *Quæratur aſcenſio oblati Zodiaci puncti. Ingreſſus lateralis eſt per 9 p. Ergo cum, ut ſignum & gradus elevationis in ſupero margine, ita gradus* 10 *in ſiniſtro, præcisè inveniantur; inde in angulum communem concurrentes lineæ exactè aſcenſionem optatam continebunt Temp. 33 pri. 6. Viciſſim detur in ſphæra eadem aſcenſio grad. 33. pri. 6. & quæratur gradus Zodiaci cooriens. Ingreſſus arealis & aſcenſionem in areis invenit, & gradus elevationis præcisè: Itaq; inde excurrentes lineæ exhibent præcisè in ſupero & ſiniſtro margine gra.* 10. ♊.

11. Sin minus: è ratione differentiæ proximè vicinorum datorum ad differentiam iis competentium quæſitorum, regula aurea differentiæ dati proximeq; minoris partem proportionalem concludit.

Etſi enim revera non ſit illa proportio arcuum: quam hic aſſumimus: cum tamen ad tot datorum partes conficiantur tabulæ: ut parum à vero quæſitum abeſſe poſſit: non committetur error notatu dignus.

Differentiarum autem reperiendarum doctrinam hic non repetimus: exemplis potius partis proportionalis inventionem propoſituri.

1. *Eſto invenienda aſcenſio recta gra. 0. pri. 21* ♈: *nec exſtet in tabula datum præcisè: verum proximè ſequens gr. 1: proximè præcedens gr. 0:*

bisq;

biſq; competentes aſcenſiones temp. 0. pri. 55. & T. 0. pri. 0. Supereſt igitur: ut partem proportionalem inquiramus. Ad conſtituendos autem tres regulæ aureæ terminos, prædictorum terminorum hæ ſunt differentiæ: proximorum, datorum quidem gr. 1. quæſitorum vero Tem. 0 pri. 55. dati ac proximè minoris gr. 0. pri: 21. prout ſchema ſequens oculis exponit.

	G.		Gr. ′		T ′
Seq. dat.	1	Datum ipſum	0. 21 ♈	Aſc.	0. 55.
Præc. dat.	0	Præc. datum	0. 0	Aſc.	0. 0.
Differ.	1		21		55.

Tum ut ſe habet gr. 1 ad pri. 55: ita pri. 21 ad pri. 19. Sec. 15. Quæ eſt pars proportionalis.

2. Proponatur inquirenda declinatio gr. 10. pri. 30. ♌: & tabula tamen declinationum offerat tantum declinationem proxime vicinorum graduum 11 & 10: illic quidem grad. 17. pri. 28: Sec. 23. hic vero gr. 17. pri. 45. Sec. 40 erit datorum proximorum differentia gra. 1: quæſitorum verò pri. 17 Sec. 17. dati ac proximè minoris pri. 30: ut hic videre eſt.

	Gr.		Gr. ′		Gr. ′ ″
Seq. dat.	11 ♌	Datum ipſum	10. 30.	Decl.	17. 28 23
Præc. dat.	10	Præc. datum	10.	Decl.	17. 45 40
Differ.	1		30		17 17

Tum erit ut gr. 1 ad pri. 30. ita 17 pri. 17 Sec. ad 8. pri. 38 Sec. 30. tertia, pro optata parte proportionali.

3 Sit ad diem menſis undecimum latitudo veneris gr. 0. pri. 15 M. ad diem vero primum gr. 0 pri. 8. B. ut ex hiſce in tabula exſtantibus reperiatur latitudo ad diem 2. indaganda erit pars proportionalis. Eſt autem dierum vicinorum differentia 10. dati ac præcedentis 1. latitudines vero, quia ab eodem termino in diverſas eunt partes, additione à ſe invicem abeſſe deprehenduntur gr. 0. pri. 23 quod ſequens typus ob oculos ponit.

	D.		D.		Gr. ′	
Seq. dat.	11	Ipſum datum	2.	Latitu.	0. 15	M.
Præc. dat.	1	Præc. dat.	1	Latitu.	0. 8	S.
Differ.	10		1.		23	

Ergo ut D. 10. ad ſcrup. pri. 23. ita D. 1. ad pri. 2. Sec. 18. pro parte proportionali.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

4. *Sit ex ipſis illis inveſtiganda latitudo ad diem menſis octavum, Manentibus differentiis locorum extremorum: erit differentia dati ac proximè minoris D. 7. Tum ut D. 10 ad pri. 23: ita D 7 ad pri. 16 Sec. 6: pro parte proportionali optata.*

Atq; hactenus de inventione partis proportionalis. Quomodo verò per illam ad optatum perveniatur: ſequentia theoremata docebunt.

12. Si in quæſitis nominis ordinisve eiusdem ſequens maius ſit: pars proportionalis quæſito præcedenti addita optatum præſtat.

Ita cum in primo exemplo ſequens quæſitum, nimirum aſcenſio recta. Tem. 0 pri. 55. majus ſit: pars proportionalis inventa gr. 0. pri. 19 ferè, addita ad aſcenſionem minorem. Temp. 0. pri. 0. colligit optatam aſcenſionem Temp. 0. pri. 19 competentem dato Zodiaci arcui gra. 0. pri. 21 ♈.

13. Sin minus ſit: pars proportionalis quæſito præcedenti ſubtracta optatum relinquit.

Ita in exemplo ſecundo declinatio competens dato ſequenti minor eſt ea quæ præcedentis eſt: itaq; pars proportionalis pri. 8. Sec. 38. ferè ſubtracta de declinatione præcedente gr. 17. pri. 45. Sec. 40. relinquit declinationem gr. 17. pri. 37. Sec. 2. competentem arcui Zodiaci gr. 10. pri. 30 ♌.

14. Si diverſi nominis ordinisve quæſita exſiſtant: perpetua quæſiti præcedentis & partis proportionalis minoris de maiori ſubductio optatum invenit.

Ita in tertio exemplo quæſita diverſæ ſunt conditionis: latitudines nimirum cum boreales tum meridionales. Ergo pars proportionalis de quæſito præcedenti tanquam majori, relinquit optatam latitudinem gr. 0. pri. 6.

In quarto exemplo pars proportionalis inventa eſt pri. 16: ea autem major eſt quæſito præcedente nimirum latitudine gr. 0 pri. 8. Ergo quæſitum præcedens de parte proportionali relinquit optatum gr. 0. pri. 8.

Cum autem talia ſunt quæſita: in cujus claſſe optatum ſit, jam proponetur.

15. ubi

15. Vbi ſi quæſitum præcedens parte proportionali maius ſit: nomen illius quæſito optato manet.

Sic in tertio exemplo, cum latitudo præcedens major ſit parte proportionali: optata inventa gr. 0. pri. 6. nomen præcedentis tenebit: ac borealis dicetur.

16. Si vero maior ſit pars proportionalis: quæſitum optatum ſequentis quæſiti nomen accipit.

Sic in quarto exemplo latitudo præcedens minor eſt parte proportionali: itaq; latitudo gr. 0 pri. 8 inventa non amplius borealis erit: ſed, æquè atq; ſequens, meridionalis.

17. Sæpe autem ante principalis inventionem, alterius partis proportionalis ratiocinium requiritur.

Plurima occurrent hujus præcepti exempla: eaq; varia; nunc unico rem ipſam declarabimus.

Detur elevatio poli gr. 55. pri. 30: arcus Zodiaci gr. 10. pri. 30. ♊: quæratur eius aſcenſio: exſtet tabula pro elevatione proximè majori gr. 56: proximè minori gr. 55: conſtetq; illic aſcenſio arcus gr. 11 ♊ proximè maioris T 32. pri. 17: gr. 10 proximè minoris T 31. pri. 37: hic vero pro gra. 11. aſcenſio T 33 pri. 53 pro gr. 10, aſce. T. 33. pri. 6.

Ex præceptis jam ante traditis conſtabit aſcenſio gr. 10. pri. 30 ♊ cum in elevatione gr. 56: tum gr. 55: illic quidem temp. 31. pri. 57: hic vero Temp. 33. pri. 29. ut ex ſequenti typo manifeſtum eſt.

I In elevatione gr. 56.

	Gr.			Gr.	′		T	′
Seq.	11 ♊		*Dat.*	10	30	*Aſc.*	32	17
Præc.	10		*Præc.*	10		*Aſc.*	31	37
Differ.	1				30			40

	T	′
Ergo pars proport.	0	20
add: aſc. præced:	31	37
Aſc. optata	31	57

II. In elevatione poli gr. 55.

	Gr.			Gr.	'			T	'
Seq.	11	♊	*Dat.*	10	30	♊	*Aſc.*	33	53
Præc.	10		*Præc.*	10			*Aſc.*	33	6
	1				30				47

	T	'	''
Ergo p. p.	0	23	30
Aſc. Præc.	33	6	
Optata aſcen.	33	29	30

Supereſt ut quanta futura ſit in elevatione data inquiramus: in quam rem differentia proximarum elevationum eſt gr. 1 *datæ minori & pri.* 30 *competentium aſcenſionum dato Zodiaci puncto in proximè vicinis poli altitudinibus differentia eſt Temp.* 1. *pri.* 32. *ut ſchemate iſthoc patet.*

Seq. elev. gr. 56	*Elev. dat. gr.* 55 30	*Aſce. T* 31. 57
Præ. elev. gr. 55	*Præ. Elev. gr.* 55	*Aſce. T* 33. 29
Diff. gr. 1	30	*T* 1 32

Et eſt ut grad. 1 *ad pri.* 30. *ita T* 1. *pri.* 32. *ad T* 0. *pri.* 46. *pro parte proportionali. quæ ſubtracta, quod ſequens aſcenſio major ſit, de aſcenſione præcedente Temp.* 33. *pri.* 29 *relinquit aſcenſionem optatam Temp.* 32. *pri.* 43.

Poterit etiam alius inventionis ordo inſtitui. Primo, ut ſub data poli elevatione inquiratur aſcenſio cum gr. 11. *tum gr.* 10 *illic quidem Temp.* 33. *pri.* 7. *hic vero temp.* 32. *pri.* 22. *ut ſequens typus oſtendere poteſt.*

I pro gr. 11.

	Gr.		Gr.	'		T.	'
Seq. elev.	56	*Data elev.*	55	30	*Aſce.*	32	17
Præ. elev.	55	*Præc. elev.*	55		*Aſce.*	33	53
Diff.	1	*gr.*	0.	30		1.	36.

	T	'
Ergo pars prop. eſt	0	48
ſubtr. ab aſc. præc.	33	53
Optata aſcen.	33	7.

II. pro gr. 10.

	G.		Gr.	'		T	'
Seq. elev.	56	*Data elev.*	55.	30	*Aſc.*	31.	37.
Præc. elev.	55	*Præc. elev.*	55		*Aſc.*	33	6.
Differ.	1			30		1	29

	T	'	
Ergo pars pro. eſt	0	44	*ferè*
Subtrah. ab aſcen.	33	6	
Optata aſcen.	32	22	

Deinde inventis differentiis proximè vicinorum Zodiaci punctorum, gr. 1. *dati ac proximè minoris pri.* 30. *competentium illis aſcenſionum pri.* 45.

	Gr.		Gr.	'		T	'
Seq.	11	*Dat.*	10.	30.	*Aſc.*	33	7
Præc.	10	*Præc.*	10.		*Aſc.*	32	22
Differ.	1			30			45

Erit pars prop. T 0. *pri.* 22. *Sec.* 30: *quæ addita aſcenſioni præcedenti colligit optatam Temp.* 32. *pri.* 44 *ferme ut ante.*

Atq; hactenus definitionem horoſcopographiæ ſatis copiosè expoſuimus: quæq; generatim pro ſitus inventione è tabulis dicenda erant attigimus paulo plenius, ne ſæpius dicere cogeremur idem in particularibus.

HOROSCOPOGRAPHIÆ

Caput II.

Horoſcopographiæ partitio: deq; ſitu latitudinis ac longitudinis.

1. Horoſcopographia in duas eſt tributa partes; una erectionis figuræ cœli eſt; deductionis altera.

Nomina iſthæc etſi tropica ſint & particularium ſituum inventiones ſignificent: ea tamen uſus hic recepit.

2. Erectio figuræ cœli eſt pars prior Horoſcopographiæ de ſitu aſtrorum ad tempus præſens.

3. Situs ille aut ſolius eſt aſtri, aut plurium inter ſe collatorum.

4. Situs ſimplex ſolius ad circulos refertur: aut ſecta circulis ſegmenta.

5. Circuli ſitus & communes ſunt cum Zodiacus ac æquator, tum mundanæ dimenſionis, & proprii motus eccentricus ac epicyclus.

Ita autem Zodiacum & AEquatorem accipio: ut una intelligantur ii: qui aut illis paralleli ſunt: aut illos rectè ſecant: ut latitudinum & declinationum circuli. Quorum omnium nulla hic exponenda theoria eſt. De eccentricis ac epicyclis quæ vera ſit ſententia, & cæleſtibus digna corporibus alibi expoſuimus: hic eam non diſputamus. Quæ annotari ab Aſtrologis ſoleant: ad ea nunc incumbimus.

6. Situs in Zodiacum relatus tabulas habet ſecundorum mobilium vulgo appellatas cum perennes & perpetuas, tum annuas Ephemerides.

Vtriusq; generis plurimæ in luce ſunt: in perpetuis Alphonſinæ infinita reſolutione fœcundæ. Aſt haſce & compendiis & motuum cæleſtium veritate longo poſt ſe intervallo relinquunt Eraſmi Rheinoldi Prutenicæ.

Etſi autem illæ, ut ſubtili artificio, ita facili vſus compendio excellant: invenerunt tamen & ipſæ præciſiones, immutationes, reſolutiones: ſed ſucceſſu ſatis interdum infelici: compendio nullo.

Ex perpetuis annuæ compoſitæ ſunt: primum quidem à Iohan: Regiomontano: magna ingenii ac diligentiæ laude: poſt à Ioan: Stœflero, Eraſmo Rheinoldo, Ioach: Rhetico, Petro Pittato, Ioan. Baptiſta Carello, Ioſepho Moletio & aliis. Sed quæ labentibus adhuc annis inſerviant: eæ ex Alphonſinis deductæ autorem habent Cyprianum Leovicium. Prutenicæ verò ſunt Ioan: Stadij, M. Michaëlis Mæſtlini, Ioan. Antonij Magini. Sed quod de perpetuis diximus: hic idem intelligatur: ut cœlo viciniores ii motus habeantur: quos Prutenicæ habent Ephemerides. Nec mirum ſæpius errare Aſtrologos aliisq; vituperandæ artis occaſionem præbere: qui aut conſuetudine adducti Alphonſinum ſequun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

ſequuntur calculum : aut Prutenici epilogiſmi labore deterriti Ephemerides Alphonſinas retinent iis annis : ad quos deſiderantur Prutenicæ.

Neutrarum nos hic explicationem ſuſcipimus : univerſales ſui uſus præcepta habent perſpicua : Et qui Ephemeridum volumina confecerunt : multa pro earum explicatione congeſſerunt. Seorſim quoq; ad hanc rem editi ſunt commentarii Andreæ Perlachij, Ioan Garcæi, Davidis VVolkenſteinii : & ſi qui ſunt aliorum. Ne res tamen exemplis careat : ex utrisq; deducta paulo poſt annotabimus.

7. Situs vero ille aut latitudinis eſt, aut longitudinis.

8. Latitudo eſt utrinq; à Zodiaco verſus polum proximum in circulo latitudinis diſtantia.

9. ubi poli illius arctici ratione aſcenſus planetæ dicitur auſtrina decreſcente, creſcente boreali ; deſcenſus verò decreſcente borea, meridionali aucta.

Hanc autem affectionem utriusq; generis tabulæ annotant. Quæ tamen ſi deſit : protinus poterit ex dictis reſtitui. An autem ſatius ſit hunc aſcenſum & deſcenſum in verticem & polum horizontis referre videant Aſtrologi.

10. Longitudo verò eſt à certo puncto, nimirum ſectione verni æquinoctij per muudi latitudinem ſecundum ſignorum ſeriem, in ipſo Zodiaco diſtantia.

Vtrumq; ſitum exemplis hic tantum declaramus. Natus eſt Henricus Ranzovius M. V. anno M. D. XXVI. menſe Martio : die undecimo : hora 10. pri. 31. P. M : eo loco : cujus meridianus abeſt à primo gr. 32.

Pro eo anno Ephemerides correctæ non exſtant : itaq; de epilogiſmo Prutenico inventa & longitudinis & latitudinis loca adjicimus : ut inſtitui poſſit comparatio : quantum illa differant à locis Ephemeridum Stœfleri : quæ edito geneſeos themate continentur.

Epilogiſmum autem Prutenicum totum hic annotare, & longum & ab inſtituto noſtro alienum eſt ; ſed illa ſunt inde deprompta loca cum longitudinis tum latitudinis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

HOROSCOP.

	Longit. Gr.	'		Latitu. Gr.	'		
☉	0	21	♈				
☾	16	25	♓	4	14	S	A
♄	6	26	♈	1	45	M	A
♃	14	55	♉	1	5	M	A
♂	21	51	♈	0	4	M	A
♀	16	8	♉	2	12	S	A
☿	6	31	♓	1	59	S	D
☊	18	36	♑				

Atq; ſi placeat loca ſtellarum fixarum inveſtigare: pro re illa præceßionem æquinoctiorum ſuppeditant tabulæ. Gr. 27. pri. 21. Sec. 24. unde ipſæ illæ tabulæ hæc exhibent ad momentum nativitatis ſtellarum primæ magnitudinis loca.

Nomina ſtellarum	Longit. Sig	gr.	M	Latitudo Gr.	M.	
ultima Eridani	♈	20	51	53	30	M.
Oculus Tauri	♊	3	21	5	10	M.
Siniſter pes Orionis.	♊	9	51	31	30	M.
Capra, hircus	♊	15	41	22	30	S.
Dexter humerus Orionis	♊	22	41	17	0	M.
Canobus.	♋	7	51	75	0	M.
Sirius. canis maior	♋	8	21	39	10	M.
Procyon, canis minor	♋	20	11	16	10	M.
Regulus, Baſiliſcus.	♌	23	11	0	10	S.
Cauda leonis	♍	15	11	11	50	S.
Spica virginis	♎	17	21	2	0	M.
Arcturus.	♎	17	41	31	30	S.
Pes dexter centauri	♎	29	1	41	10	M.
Fidicula lyræ	♑	8	1	62	0	S.
ultima undæ aquar.	♒	27	41	23	0	M.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

CAP. III.

Quæ ipſa tamen an cœlo reſpondeant, Illuſtriſſimus Princeps D. Guilhelmus Lantgravius Haſsiæ: Tycho Brahe nobilis Aſtronomus cæteriq; diſcernant artifices.

Certè lyræ longitudo hoc tempore in gr. 9. pri. 30. ♑. Latitudo gra. 61 1. pri. 45. Fomahant longitudo vix gr. 28 ♒ attingens, latitudoq; vix gr. 21 excedens, & ſimilia nunc in cælo a tabulis diverſa apparent. unde illis ſua non conſtabit nec certitudo nec autoritas.

HOROSCOPOGRAPHIÆ

Caput III.

De ſitu longitudinis in certis Zodiaci & determinatis locis.

1. Longitudinis ſitus aut indefinitè penes quævis dodecatemoria, & eorum partes hoc modo attenditur: aut determinatus certa ſigna reſpicit & certos ſignorum gradus.

2. Illic honoris ac dignitatis quidem ſunt domus, Almugea, exaltatio, trigonus & ſolium Planetarum: debilitatis verò detrimentum, caſus, peregrinitas: hic termini ſimilesve graduum partes.

An verò planetarum ſitus is tantum ſit: ut vulgaris eſt doctrina: an etiam fixarum naturam huius illiusve planetæ æmulantium: id Aſtrologis judicandum relinquimus. Ad quos & illa omnia remittimus quæ ſitus hujus particularis & determinati cauſas ac æſtimationem complectuntur. Quæ res vel ſola talis eſt: in qua deſudent Aſtrologi: ſi artis ſuæ velint ſartam tectamq; autoritatem. Eleganter quædam in hanc rem poſt Ptolemæum ſunt a Ioviano Pontano perſcripta. Et certe lautius quid à vulgata doctrina expetunt ii: qui ſolidam doctrinam expetunt. Nos nuda ſitus illius enumeratione jam ſumus contenti.

3 Domicilium definiunt ſignum planetæ præ cæteris naturæ illius reſpondens.

4. Hinc luminaribus ſingula aſcribunt: Soli leonem, Cancrum Lunæ.

In exemplo ergo nativitatis Ranzovianæ patet luminaria in ſuis domiciliis non verſari: imo ne ullum quidem planetam ad luminaria divertiſſe.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

5. Reliquis planetis bina: diurnum alterum: alterum nocturnum: illud ſolari, hoc lunari configuratum.

6. Proxima utrinq; Mercurio attribuunt: ut ſitu lunæ, ſic abſceſſu ſoli proximo: geminos nimirum ac virginem.

In exemplo noſtro nec in domicilijs ſuis eſt Mercurius: nec quenquam reliquorum hoſpitio ſuo excepit.

7. Sextili vtrinq; diſtantia, quæ benigna ſit, remota, Taurus ac Libra, benignæ Veneri obveniunt.

Itaq; in exemplo & in propria domo Venus eſt: & inſuper Iovem ad ſe recepit.

8. Quadrato maligno remota à luminarium locis, Aries & Scorpio, hoſtili Marti aſſignantur.

Eſt proinde in exemplo in propria domo Mars: & hoſpites habet Solem & Saturnum.

9. Quæ inde trigono abſunt itidem benigno radio, Sagittarius & piſces; ea benigno donantur Iovi.

Ergo in exemplo extra domicilium ſuum ♃ eſt: eò tamen lunam admiſit.

10. Saturnus vero quaſi effectibus luminarium benignis maximè contrarius: quæ oppoſito abſunt utrinq; radio, Capricornus & Aquarius, ea occupavit.

Extra domum eſt Saturnus exempli: ſed ☊ in ea exſiſtit.

Hactenus ergo domicilia planetarum expoſita melius ſchema ſequens ponet ob oculos.

11. Almu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

☍	♒	*Diurnum*	♄
△	♓	*Nocturnum*	♃
□	♈	*Diurnum*	♂
⚹	♉	*Nocturnum*	♀
	♊	*Diurnum*	☿
	♋	☾	
	♌	☉	
	♍	*Nocturnum*	☿
⚹	♎	*Diurnum*	♀
□	♏	*Nocturnum*	♂
△	♐	*Diurnum*	♃
☍	♑	*Nocturnum*	♄

11. Almugea, facies, vel perſona planetæ, eſt ſignum tanto intervallo à locis luminarium diſtans, quanto domicilia eius â ♌ & ♋ abſunt, occidentalis ad ſolem, orientalis ad Lunam,

Erit proinde in Almugea Solis planeta: Cum tot ſignis à Sole abfuerit quot à ♌ domus ejus quæ primum in ordine & ſucceßione ſignorum occurrit, At in Lunæ Almugea tum fuerit: quando tot ſignis diſtiterit: quot à ♋ domus ejus quæ primum in retrogrado ſignorum ordine offertur. In quam rem ſequens typus comparatur.

Almugea ☉			*Almugea* ☾		
♄		5	♄		5
♃	*in ſigno ſecundum*	4	♃	*in ſigno contra*	4
♂	*Signorum ordi-*	3	♂	*ſucceßionem ſigno-*	3
♀	*dinem Poſt* ☉	2	♀	*rum poſt* ☾	2
☿		1	☿		1

Itaq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Itaq; ſi examinemus exemplum ſuperius propoſitum : nulli planetarum in aliqua ſunt Almugea.

12. Exaltationis ſignum volunt eſſe ad propriam vim planetarum accommodatiſſimum

13. Proinde exaltari.

☉ ☾ ♄ ♃ ♂ ♀ ☿ in
♈ ♉ ♎ ♋ ♑ ♓ ♍

Ad quæ ſi examen inſtituatur : inveniemus in exemplo Solem in ſua exaltatione : eoq; & Saturnum & Martem advocatum : Iovem in exaltatione Lunari : Mercurium & Lunam in Veneris altitudine : Venerem viciſſim in Lunari.

14. Ex domo & exaltatione potiſſimum ſitus in trigono compoſitus videtur : qui ternio eſt ſignorum triente orbis ſui à ſe invicem diſtantium.

15. Itaq; trigoni quatuor ſunt : in quibus qui ſigno fixo dominatur ; is trigonocrator potior cenſetur.

16. Et trigonocratorum diurnus primas partes de die occupat, nocturnus noctu.

17. Vnde primo igneo, ex maſculis diurnis ♈ ♌ ♐, præeſt Sol diurnus ; nocturnus Iupiter.

Itaq; in exemplo ☉ eſſe in ſua triplicitate dicetur.

18. Secundo terreo, ex fœminis & nocturnis ♉ ♍ ♑, præficitur Luna nocturna ; diurna Venus.

Dicetur proinde Venus eſſe in ſua triplicitate in exemplo.

19. Aereo vero, ex maſculis diurnis ♊ ♎ ♒, præſunt Saturnus diurnus ; Mercurius nocturnus.

20. Vltimi, ex ♋ ♏ ♓ fœminis & nocturnis, dominium eſt penes Martem : ſocia Venere de die ; nocte Luna.

Et hac ratione in exemplo, erit aliqua ratione in triplicitate hac ſua luna : particeps nimirum illius gubernationis.

21. Situs ſolii ſive carpenti Planetarum eſt in ſigno ; in quod plures prædictorum ſituum incidunt.

Ita eſſe in ſolio dicetur Mercurius : ſi ♍ occuparit : quod inibi & domum & exaltationem habeat.

22. Detrimentum eſt ſignum domui oppoſitum ; quaſi naturæ Planetarum potiſſimum inimicum.

Erunt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Erunt ergo illa planetarum exſilia.

☉	☽	♄	♃	♂	♀	☿
♒	♑	♌ ♋	♍ ♊	♎ ♉	♏ ♈	♐ ♓

Et erunt in exemplo luminaria extra ſua detrimenta: erunt etiam planetæ reliqui: Solus Mercurius in illud incidit.

23. Caſus eſt ſignum exaltationis dodecatemorio oppoſitum.

Erunt ergò illa dejectionum ſigna.

☉	☾	♄	♃	♂	♀	☿
♎	♏	♈	♑	♋	♍	♓

unde illud patet ♄ & ☿ in caſu eſſe: reliquos ab iſthac dejectione exiſtere liberos, in exemplo propoſito.

24. Peregrinitas eſt ſignum ſolio quaſi contrarium; nimirum quodvis á domo, exaltatione & trigono diverſum.

Intelligenda nimirum ſunt illa de uno ſolo planeta: ut qui nec in domo ſit: nec altitudine: nec triplicitate pro peregrino habeatur.

Ita Luna, niſi aliqua ſaltem ratione, triplicitatis particeps eſſet, peregrina eſſet. Saturnus autem in ♈: Iupiter in ♉: Mercurius in ♓: peregrini vocantur.

Si quibus autem in memoriæ ſubſidium metra inſervire poßint iis hæc M. V. Hen. Ranzovii ſatisfacient: quibus plerīq; prædictorum ſituum deſcribuntur.

Saturni domus eſt noctis caper, urna diei:
Gloria Libra ſeni: ſed dolor eſt Aries.
Iuppiter Arctitenentis habet, cum piſce, Sagittam:
Cui tamen in Cancro ſors bona, iniqua Capro.
Sed Martis domus eſt Aries, & Scorpio pugnax:
Huncq; caper tollit: cancer ad ima premit.
Sol habet hoſpitium ſibi ſolus in æde leonis:
Atq; illi eſt Aries Gloria, libra dolor.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

At Venus in tauro libræq; per atria verſat,
Piſcibus exſultat: virgine preſſa jacet:
Mercuriusq; habitat Geminorum in ſede: triumphat
Virgine: & eſt mæſtus piſce adeunte caput.
Luna domum Cancri tenet: illam taurus honorat:
Et ſupra hanc verſans Scorpio ſorte premit.
Atq; ille fuit ſitus determinatus in certis Zodiaci ſignis.

25. Iam ſitus in certis ſignorum gradibus quinq; erronibus peculiaris ſtatuitur: quos terminos ac fines dicunt: in quibus polleant præ cæteris.

26. Hos ſequens continet tabula.

♈	6	♃	12	♀	20	☿	25	♂	30	♄
♉	8	♀	14	☿	22	♃	27	♄	30	♂
♊	6	☿	12	♃	17	♀	24	♂	30	♄
♋	7	♂	13	♀	19	☿	26	♃	30	♄
♌	6	♃	11	♀	18	♄	24	☿	30	♄
♍	7	☿	17	♀	21	♃	28	♂	30	♄
♎	6	♄	14	☿	21	♃	28	♀	30	♂
♏	7	♂	11	♀	19	☿	24	♃	30	♄
♐	12	♃	17	♀	21	☿	26	♄	30	♂
♑	7	☿	14	♃	22	♀	26	♄	30	♂
♒	7	☿	13	♀	20	♃	25	♂	30	♄
♓	12	♀	16	♃	19	☿	28	♂	30	♄

Etſi enim Ptolemæus varias Aſtrologorum opiniones proponat: tamen in hancce AEgyptiorum traditionem conſentit: ut etiam recentiores.

Cæteras autem partes ſignorum, vacuas, plenas, augmentales, puteales, adde etiam facies & ſimiles Chaldaicæ & Arabicæ ſuperſtitionis nugas etiam Aſtrologi politiores contempſerunt.

Atq; hactenus de ſitu in Zodiacum relato.

HORO-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

HOROSCOPOGRAPHIÆ

Caput IIII.

De ſitu ad æquatorem: primum declinatione.

1. Situs in æquatore declinationem habet, aſcenſionem, deſcenſionem.

2. Pro quibus eorundem locorum Zodiaci comparandis tabulæ, ob mutationem maximæ Zodiaci obliquitatis ſemper ſibi conſtare non poterunt.

Nimirum illud manifeſtum eſt: ſi trium datorum terminorum unus mutetur: & quartum proportionalem æquè mutatum iri. Iam radius notus & eorundem ſituum Zodiaci aut ſinus aut tangens aut ſecans ant interjacens ſemper manet ex hypotheſi: mutata autem inclinatione Zodiaci ad æquatorem, mutatur etiam ejusdem aut ſinus aut tangens, aut ſecans: qui terminus aureæ regulæ tertius eſt: mutabitur proinde etiam quartus: eiq; competens arcus.

Quanta autem maxima ſit Zodiaci obliquitas id hic non diſputamus: malumus eam ab Aſtronomis acceptare. Certè variæ variorum temporum obſeruationes mutationem invenerunt.

Copernicus varietatem mutationis omnem adductione abductione q; ſive libratione, motu circellorum obortam, ſcrupulis 24 definit: maximamq; inclinationem gra. 23, pri. 52 nec majorem, nec gr. 23. pri. 28 minorem probabili ſe conjectura aſſecutum profitetur: noſtraq; ætate ferme in minimam maximarum decreviße: ut admodum jam tarda eſſe debeat ejusdem nimirum in extremis mutatio. Quæ omnia quomodo cum cælo conveniant: id eſt quod artificibus judicandum relinquo. Aratum gr. 24 obſervaſſe ſcribit Franc. Barrocius. Et ſunt qui non in extremis jam verſari, ſed celerem eſſe mutationem deprehendant: non decreſcere: ſed jam etiam in Regiomontani obliquitatem, & ulterius excreviſſe. Quam ab Albategnii quoq; obſeruatione Calculus ille abſit, notum eſt. Regiomontanus in tabulis ſuis declinationem maximam ſtatuit gr. 23. pri. 30. Eraſmus Rheinoldus terminos coperniceos retinet: & ad utrosq; tabulas ſuas accommodat: quæ intermediis quoq; poßint inclinationibus prodeſſe: parte proportionali inveſtigata.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1


3. Declinatio eſt aſtri utrinq; ab æquatore verſus mundi polum proximum in circulo declinationum diſtantia.

4. Ac poteſt in declinatione homogeneus latitudini aſcenſus & deſcenſus conſiderari.

5. Ea inventionis ſuæ duo habet tabularum genera; unam quidem pro partibus Zodiaci; Sole & reliquis latitudine carentibus; alteras vero pro illis quæ à Zodiaco abſunt.

6. Tabula declinationum partium Zodiaci ternarum eſt columnarum; in margine ſupero ac infero continet ſigna Zodiaci; in ſiniſtro ac dextro, ſignorum gradus ſingulos; in areis vero trium columnarum declinationes competentes gradibus ſignorum ſupra columnas annotatorum: ſuppoſita maxima declinatione gr. 23. pri. 28. columnis autem arearum aliæ adiacent columnæ; quæ differentiam habent annotatarum declinationum; & earum quæ maxima eſſet gr. 23 pri 52. annotandæ fuiſſent.

7. Declinationis autem nomen cum ſuo ſigno convenit; ut puncti borealis, borealis ſit Declinatio.



Syntaxeos ratiocinium conſtabit in figura adjecta.

Sit A B D E colurus ſolſtitiorum: A polus AEquatoris: E C D B polus Zodiaci: F C G a polo æquatoris maximus circulus.

A H L ſecet AEquatorem in L: per terminum dati arcus Zodiaci H, à proxima ſectione Zodiaci ac æquatoris retro ſive porro. Rectè ſecabit per 20. e 12. Geometriæ rotundi. ac erit ex definitione circulus declinationum: & proinde H L optata declinatio dati puncti H.

Conſtat jam triangulum H L C eſſe rectangulum: datur ex Theſi baſis recti H C: accipitur nota obliquitas Zodiaci maxima G E: menſurans angulum trianguli H C L per 4. e 13 geom. rotundi: Ergo per 3. e 14. Geom: rotundi notum erit crus recti H L pro optata declinatione.

Ea ſic

Tabula declinationum partium Zodiaci.

	♈			♎		♉			♏		♊			♐		
				Differ.					*Differ.*					*Differ.*		
Gr.	Gr.	′	″	′	″	Gr.	′	″	′	″	Gr.	′	″	′	″	
0	0	0	0	0	0	11	29	5	11	13	20	10	25	20	18	30
1	0	23	53	0	23	11	50	6	11	34	20	22	57	20	32	29
2	0	47	46	0	46	12	10	56	11	55	20	25	7	20	45	28
3	1	11	39	1	9	12	31	34	12	16	20	46	55	20	58	27
4	1	35	30	1	32	12	51	59	12	37	20	58	20	21	11	26
5	1	59	20	1	55	13	12	12	12	57	21	9	21	21	23	25
6	2	23	8	2	18	13	32	12	13	18	21	19	59	21	35	24
7	2	46	54	2	41	13	51	58	13	38	21	30	13	21	46	23
8	3	10	37	3	4	14	11	30	13	58	21	40	3	21	58	22
9	3	34	18	3	27	14	30	48	14	18	21	49	29	22	8	21
10	3	57	54	3	50	14	49	51	14	37	21	58	29	22	18	20
11	4	21	28	4	12	15	8	40	14	54	22	7	6	22	28	19
12	4	44	57	4	35	15	27	13	15	16	22	15	17	22	37	18
13	5	8	12	4	58	15	45	30	15	25	22	23	3	22	46	17
14	5	31	42	5	21	16	3	32	15	54	22	30	24	22	54	16
15	5	54	57	5	43	16	21	17	16	13	22	37	19	23	2	15
16	6	18	6	6	6	16	38	44	16	31	22	43	48	23	9	14
17	6	41	9	6	28	16	55	55	16	49	22	49	50	23	16	13
18	7	4	6	6	51	17	12	48	17	7	22	55	27	23	23	12
19	7	26	57	7	13	17	29	23	17	25	23	0	38	23	29	11
20	7	49	40	7	35	17	45	40	17	42	23	5	22	23	34	10
21	8	12	16	7	58	18	1	39	17	59	23	9	39	23	39	9
22	8	34	45	8	20	18	17	19	18	16	23	13	29	23	43	8
23	8	57	5	8	24	18	32	37	18	32	23	16	53	23	47	7
24	9	19	16	9	4	18	47	38	18	48	23	19	50	23	51	6
25	9	41	19	9	16	19	2	18	19	4	23	22	19	23	53	5
26	10	3	12	9	47	19	16	37	19	19	23	24	22	23	56	4
27	10	24	56	10	9	19	30	36	19	35	23	25	57	23	58	3
28	10	46	30	10	30	19	44	14	19	50	23	27	5	23	59	2
29	11	7	53	10	52	19	57	30	20	4	23	27	46	24	0	1
30	11	29	5	11	13	20	10	25	20	18	23	28	0	24	0	0
	♓			♍		♒			♌		♑			♋		*Gr.*

Ea ſic inventa in tabulam illam digeſta eſt: cujus cum jam omnia membra conſtent partis proportionalis doctrina bujus loci problemata protinus expediet.

Exemplum I.

Accepta maxima obliquitate gr. 23. *pri.* 28 : *detur gr.* 18. *pri.* 30. ♉. *Datus Zodiaci arcus in tabula non exſtat, exſtant duo proximè vicini gr.* 19. *gr.* 18. *in margine ſiniſtro, cum ſignum in ſupero inveniatur, differentia gr.* 1 : *competentes illis declinationes gr.* 17. *pri.* 29. *Sec.* 23 *& gr.* 17. *pri.* 12. *Sec.* 48. *differentia pri.* 16. *Sec.* 35 : *dati vero ac proximè præcedentis differentia eſt. pri.* 30 : *quæ ſequenti typo exbibentur.*

	Gr.			Gr.	′		Gr.	′	″
Seq.	19	♉	*Dat.*	18	30	*Decl. bor.*	17.	29.	23.
Præc.	18		*Præc.*	18		*Decl. bor.*	17.	12.	48.
Differ.	1				30			16.	35.

Erit ergo per 11 *p.* 1 *cap. pars proportionalis pri.* 8. *Sec.* 17. *ter.* 30. *Ea per* 12 *prop.* 1. *addita ad declinationem proximè præcedentis gradus, colligit optatam declinationem borealem gr.* 17. *pri.* 21. *Sec.* 5.

	Gr.	′	″	‴
Declin. præ.	17.	12.	48.	
p. p. add.		8.	17.	30
optata decl.	17.	21.	5.	30

Exemplum II.

Detur gr. 18. *pri.* 30. ♏ *ſignum* ♉ *&* ♏ *nimirum oppoſita in eadem junguntur columna: gradibus ſuis in margine ſiniſtro conveniunt: erit ergo eadem declinatio optata: quam antea invenimus. Aſt quia ſignum bemiſphærii auſtralis eſt, erit per* 6. *p. optata declinatio Auſtralis.*

Exemplum III.

Detur gr. 11. *pri.* 30. ♌. *Signum in margine inferiori eſt: proinde gradus in margine dextro quærantur: Non inveniuntur autem: Sed proximè vicini gra.* 12. *& gr.* 11. *babent differentiam gr.* 1 : *competentes*

illis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

illis declinationes gr. 17. pri. 12. ſec. 48 & gr. 17. pri. 29. ſec. 23. differunt pri. 16. ſec. 35. differentiaq; dati ac proximè minoris eſt pri. 30.

	Gr.		Gr.	'		Gr.	'	''	
Seq.	12	Dat.	11.	30.	Decl.	17	12	48	Bor.
Præc.	11	Præc.	11.		Decl.	17	29	23	Bor.
Differ.	1			30			16	35	

Et eſt proinde pars proportionalis pri. 8. ſec. 17. ter. 30.

Ea per 13 p. 1. cap. ſubtracta de declinatione præcedenti relinquit optatam borealem gr. 17. pri. 21. ſec. 5. ter. 30. declinationem.

	Gr.	'	''	'''
Declin. præc.	17	29	23	
p. p. ſub.		8	17	30
Declin. optata	17	21	5	30

Exemplum IIII.

Detur viciſſim gr. 11 pri. 30 ♒ Arcus datus cum priore dato eandem columnam habet: erit proinde, ut ante, ita optata declinatio gr. 17. pri. 21. ſec. 5. ter. 30: ſed auſtralis, cum ſignum auſtrale detur.

Atq; ita quatuor punctorum Zodiaci eadem reperta eſt declinatio: æquè nimirum à coluro ſolſtitiorum diſtantium: cujus manifeſta eſt ratio ex figura ſuperiori: & ſuo loco docetur arcus maximorum per polos parallelorum, inter parallelos æquales æquari. Hac ratione ſolis declinatio in noſtro exemplo invenitur borealis pri. 8 ſec. 22.

Exemplum V.

Aſſumatur jam alia obliquitas maxima gr. 23 pri. 40: ac dentur ipſi illi arcus priorum exemplorum.

Conſtat illud ex doctrina primi capitis: ut eſt differentia maximarum obliquitatum ad differentiam aſſumptæ & maximarum minimæ: ſic futuram differentiam declinationum dati puncti in maximæ obliquitatis terminis ad optatam partem proportionalem.

Differentia terminorum obliquitatis maximæ eſt in tabula pri. 24: datæ vero obliquitatis & minimæ protinus conſtabit, ut hic pri. 12.

Pro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Pro differentia autem declinationum ſunt illæ in tabula columnæ ſub titulo differentiæ. Itaq; ſimplex partis proportionalis doctrina illam inveniet in noſtro exemplo, gr. 0. pri. 17. Sec. 16.

	Gr.			Gr. ′		′ ″
Seq.	19 ♉	*Dat.*	18. 30. ♉	*Differ.*	17. 25.
Præc.	18	*Præc.*	18.	*Differ.*	17. 7.
Differ.	1		30		18

Tum ut gr. 1. ad pri. 30. ſic Sec. 18 ad Sec. 9. ad p. p. add.

Differ. præc. pri. 17.	*Sec.* 7.	
p. p. add.	9.	
Optata diff. 17	16	

Erit proinde ut pri. 24. ad pri. 12: ita pri. 17. Sec. 16. differentia reperta ad optatam p. p. pri. 8 Sec. 38.

Tanta eſt etiam Horoſcopi a ſorte: Ergo addita loco Horoſcopi colligit ſign. 7. gr. 1. pri. 54, abjecta 12 ſignorum periodo, locum nimirum partis fortunæ in gr. 1. pri. 54 ♏: quæ communibus inſcribendarum ſtellarum legibus, duodecimæ domui aut octavæ inſcribetur hac nota ⊕.

Poterat autem hoc caput in magnam dilatari problematum copiam: Sed noluimus illa, quæ magis Aſtronomica videbantur: itaq; f...em hic habeat prior Horoſcopographiæ pars.

HOROSCOPOGRAPHIÆ PARS

altera: Et Caput XXI.

De Revolutionibus.

1. Hactenus prima Horoſcopographiæ pars eſt ex poſita, quæ erectionis figuræ erat: ſequitur altera deductionis, quæ eſt de ſitu temporis futuri.

Vt pars prima particulare nomen membri principalis proprium ſibi fecit: ita ſecunda deductionis nomen accipit ab motione Aſtrologica qua ſitum ſtellæ conſequuntur: motioniſq; præſtantiori genere.

2. Etſi autem hic viciſsim quivis eſſe ſitus poterat: tamen is potiſsimum conſideratur qui fuit in Zodiacum relatus.

Nimirum illud hic quæri ſolet: ſi Sol in principio ſit ♈, quo tempore viciſſim eo ſit perventurus, aut contra: ſi perventurum ſciam ad principium ♌, ignoretur vero iſtius ingreſſus aut tranſitus.

3. Quod deductioni punctum ſubiicitur, ſignificatoris nomen habet: in quem locum futuro tempore deduci intelligitur, is promiſsoris nomine gaudet.

4. Deductio ſub Zodiaco eſt, aut ad AEquatorem refertur.

5. In Zodiaco duo attenduntur deductionis genera: Revolutio & profectio.

6. Revolutio eſt motio ſignificatoris propria ſub Zodiaco.

7. Itaq; tabulæ motuum cæleſtium problema ſolvunt.

Age tamen exemplis rem declaremus primo dato termino, quæratur tempus: In exemplo noſtro ♄ eſt in gr. 6. pri 26 ♈: Quo tempore pervenit ad grad. 25 ♓: Perquire Ephemerides: invenies anno 1555 adhuc eum in ♓ verſari, & die 14 Ianuarii H. 0. pri 16 terminum optatum attingere: Itaq; ♄ perventurum ad terminum datum poſt elapſos a nativitate annos 28. D. 308. H. 13.

pri. 45 certum eſt. Viciſſim ad terminum illum venturum docent Ephemerides anno 1584 die 26 Februarii.

Sic ſi quæratur quo tempore hoc anno labente 1589 Sol veniat ad gr. 26 ♌: Ephemerides reſpondebunt 9 Auguſti.

Secundo dato tempore quæratur ſitus. Offerat quæſtio à nativitate elapſos annos 28 D. 308. H. 13. pri. 45: ac quæratur in quem locum Saturnus tranſierit. Pro principio temporis ſunt anni a Chriſto nato elapſi 1525. D. 69 H. 10 pri. 31. His addantur anni elapſi colligetur ſumma temporis elapſi a Chriſto 1554. Dierum 13. H. 0 pri. 16. Itaq; aſſumenda eſt Ephemeris pro anno 55: in eo autem ad diem 14. H. 0 pri. 16: habita ratione proſthaphæreſeos dierum ac meridianorum, invenitur locus ♄ in gr. 25 ♓. Ita ſi quæratur hoc anno currente quo Sol perventurus ſit die 1 Auguſti media nocte: Ephemerides reſpondebunt ad gr. 18. pri. 47 ♌. Eadem res erit in cæteris omnibus.

8. Revolutio imperfecta eſt ſtellæ à ſuo loco per aliquam circuli partem in certum terminum tranſitio: unde tranſitus nomen illi manſit.

Quæ hactenus exempla tractavimus, tranſitus fuêre.

9. Revolutio autem perfecta eſt per integrum circulum in proprium, quem obtinet, locum devolutio; eximiè nomini generis inſignita.

10. In hoc autem genere præ aliis annua Solis revolutio attenditur, cuius ſtudioſè & tempus quæritur, & ſchema ad illud cæleſte.

11. Vtriusq; inventio iam ſuis locis expoſita eſt.

Temporis quidem hoc ipſo capite, figuræ cæleſtis capitibus aliquot ſuperioribus. Exempli loco nobis ſit revolutio 65: cujus principium accidet anno 1590 & quidem Martii 11 H 5. pri. 56. ſec. 34. P. M. Iam pro figura cæleſti: conſtat aſcenſio recta Solis T. 0. pri. 19 elapſæ horæ reſolvuntur analogia ſuperiori in T. 89. pri. 7: ut colligatur aſcenſio recta M. C. T. 89 pri. 26.

Hinc inveniuntur aliarum cuſpidum aſcenſiones obliquæ ac demum ipſa cæli figura conſtituitur, inſcriptis omnium planetarum locis.

Multæ quidem pro hac re inveniuntur tabulæ, quæ æque tamen non poſſunt votis, ac methodus hæc generalis, ſatisfacere. Ephemeridum tot proſtant volumina, ut deviis illis compendiis non ſit opus.

Cujus autem Vigoris & quanti roboris ſchemata iſthæc revolutionum exſiſtant: nec ipſi inter ſe conſentiunt aſtrologi. Cur etiam ad reliquorum aſtrorum periodicas revolutiones non exoptentur ab Aſtrologis figuræ cæleſtes, ipſi noverint.

12. Et eſt in hoc ordine non neglecta aſpectuum ſtellarum inter ſe reditio, ex tabulis cæleſtium motuum inveſtiganda.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

In iis enim de periodicis binorum Planetarum congreſsibus ſuſcepta eſt tractatio: In eundem locum referenda eſt & illa, quæ plurium Syzygias calculo exſequitur: Quarum omnium modos 120 epilogiſmus exactus colligit: ſummam nimirum ſeptenariæ progreſsionis duplæ, terminorum numero minorem. Quorum numerus ex inductione conjunctionum binorum, ternorum &c. conſtare quoq; poterat. Etſi autem apoteleſmatum autor, centum tantum ac novendecim enumerat, coitione luminarium omiſſa: illud quidem hic non curamus. Hoc vero inde apparet, magni rem iſtam momenti in Aſtrologia habitam fuiſſe. In planetarum conjunctionibus ibi Ptolemæus, ſive quisquis ille fuit, poſitam arbitratur eorum cognitionem omnium, quæ in mundo generantur aut corrumpuntur, aut quavis ratione alia fiunt. Quantopere poſteriores conjunctionum magnarum, mediarum, minorum, maximarum prædicent revolutiones, res ipſa loquitur. Et qui annum octogeſimum octavum mundo fatalem prædixerant: eos plurimum ad haſce in trigonis conjunctionum revolutiones attendiſſe dubium non eſt.

Etſi autem eò prolapſa videantur nunc omnia, ſeneſcente mundo, ut eventorum viciniora argumenta quam illa cæleſtia deſiderari non poſſint: ſunt tamen qui in ſeculum adhuc unum illas ruinæ minas extenderunt, ipſis illis conjunctionum innixi viribus, quaſi medium revolutionis illius tempus extimeſcendum ſit magis. Sed habet illud parum roboris, ſi aſtrologorum decreta ſequamur: Niſi forſan alio divinationis fundamento, cujuſvis ſeculi ea parte fatales putentur inſtare mundi, & Rerumpub. mutationes. Nam de ſeculo ante hoc proximè elapſo fidem mihi fecit in Vngaricis Comitiis magnificus ac illuſtris Baro Richardus Strein: magnæ ille authoritatis ac eruditionis, S. C. M. à conſiliis. Exſtare ille retulit in pervetuſta arcis ſuæ tabula vaticinium penitus idem iiſdemq; incluſum rythmis: referri autem in annum Chriſtianorum 1488. Sed ne extra metas ſeſe noſtra diffundat oratio: abſoluta revolutione ad profectionem ſe tota convertat.

HOROSCOPOGRAPHIÆ

Caput XXII.

De profectione.

1. Profectio eſt progreſſus ſignificatoris per totam ſignorum ſeriem æqualis, periodo 12 annorum abſolutus.

AEqua-

AEqualem autem progreſsum voco , cum anomalia nulla ſit in partibus periodi: Ac videtur proinde hæc temporis futuri & futuri ſitus inveſtigatio potiſsimum in figuram eam referenda , quæ æqualitatem in Zodiaco eſt conſecuta.

2. Qua analogia pro integris annis illa eſt confecta tabula , quæ annos currentes in latere , ſigna proficiſcentia in ſuperiori margine , in areis ſigna , ad quæ facta eſt profectio , annotat.

Tabula profectionum pro annis.

Anni currentes							♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
1	13	25	37	49	61	73	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
2	14	26	38	50	62	74	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈
3	15	27	39	51	63	75	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉
4	16	28	40	52	64	76	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊
5	17	29	41	53	65	77	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋
6	18	30	42	54	66	78	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌
7	19	31	43	55	67	79	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍
8	20	32	44	56	68	80	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎
9	21	33	45	57	69	81	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏
10	22	34	46	58	70	82	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐
11	23	35	47	59	71	83	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑
12	24	36	48	60	72	84	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒

Horoſcoqus exempli noſtri eſt gr, 15. pri. 29 ♏: detur annus ætatis 37: Elapſæ periodi ſunt 3: quotus nimirum annorum completorum in periodum annorum 12 tributorum: Quare profectus intelligitur Horoſcopus ad ſuum locum quem in ortu habuit.

At ſi annus detur 41 , elapſi ſunt anni 40: qui ſi in 12 dividantur quotus habebit periodos 3 devolutas , ac ſupererunt ſigna 4 pro totidem nimirum annis: Ergo Horoſcopus pervenit in gr. 15. pri. 29 ♓: gradus enim ac minuta hic ſemper manent.

Viciſsim , ut tabulæ conſtet uſus , Sol eſt in gr. 0. pri. 21 ♈: principio anni ſexageſimi quinti quo pervenit: in ordine annorum currentium invento anno , ab ♈ deorſum venitur ad aream in qua ♌ offertur: itaq; Solis profectio incidit in gr. 0. pri. 21 ♌.

 Tempo-

Temporis quoq; huc problema redit: ſi de periodo conſtet in quarta periodo quæratur quo tempore Horoſcopus ad gr. 15. pri. 29 ♓ perveniat: Sublato radicis loco à dato ſuperſunt 4 ſigna pro totidem annis: Itaq; ex theſi primo quidem elapſæ ſunt tres periodi, nimirum anni 36: jam alii 4 inveniuntur: Itaq; anni quadrageſimi primi principio Horoſcopus in eum proficiſcitur locum, quem quæſtio obtulit.

Quod ipſum ex tabula conſtare potuiſſet. Si enim in columna ♏ deorſum quæratur ſignum ♓, offeruntur in ordine annorum, quintus, decimus ſeptimus, nonus & vigeſimus, primus & quadrageſimus, quem eſſe optatum inde patet, quod tres ex theſi elapſæ ſint periodi.

Ita ſi quæratur quoto anno ☉ proficiſcatur ad gr. 0. pri. 21. ♌ periodo ſexta: Solis ſignum in ſupero margine & ſignum ♌ in areis deducunt ad annum 65. Quare completis 64 annis, Sol in locum datum proficiſcitur.

3. Pro diebus vero & horis illa eſt: quæ in latere dies aut horas congerit, in areis gradus ac minuta profectionis.

Analogia nimirum illa eſt: Annus habet periodi profectionis gr. 30. Ergo dies horæve lateris expoſcunt tantam periodi partem, quantam areæ offerunt. Anni autem quantitas aſſumitur D. 365. Itaq; cum diebus 365 conficiuntur gr. 30: die uno abſolventur pri. 4 ſec. 56 ferè: & hora una periodi illius habebit ſec. 12. tert. 20 ferè.

In exemplo nativitatis propoſitæ offeratur annus ætatis quintus & ſexageſimus nimirum annus Chriſti 1590. dies Auguſti 10 H. 19. pri. 30 P. M. Quæritur quo profectus ſit Sol. Facta eſt nativitas H. 10. pri. 31 P. M. die 11: Ab eo termino uſq; in terminum datum elabuntur D. 152. H. 8. pri. 59: Hiſce autem reſpondent diebus quidem gr. 12. pri. 30 at horis pri. 1 ſec. 51 ferè: ſummaq; colligit gr. 12. pri. 32 ferè. Iam vero ad principium anni profectio incidit in gr. 0. pri. 21 ♌. Ergo tempore dato in gr. 12 pri. 53 ♌.

Arcus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

CAP. XXII.

Arcus profectionis ad dies.

Dies	Gr.	'	Dies	Gr.	'	Dies	Gr.	'	Dies	Gr.	'
0	0	0	95	7	49	190	15	37	285	23	26
5	0	25	100	8	13	195	16	2	290	23	51
10	0	49	105	8	38	200	16	27	295	24	15
15	1	14	110	9	3	205	16	51	300	24	40
20	1	39	115	9	27	210	17	16	305	25	5
25	2	3	120	9	52	215	17	41	310	25	29
30	2	28	125	10	17	220	18	5	315	25	54
35	2	53	130	10	41	225	18	30	320	26	19
40	3	17	135	11	6	230	18	55	325	26	43
45	3	42	140	11	31	235	19	19	330	27	8
50	4	7	145	11	55	240	19	44	335	27	33
55	4	31	150	12	20	245	20	9	340	27	57
60	4	56	155	12	45	250	20	33	345	28	22
65	5	21	160	13	9	255	20	58	350	28	47
70	5	45	165	13	34	260	21	23	355	29	11
75	6	10	170	13	59	265	21	47	360	29	36
80	6	35	175	14	23	270	22	12	365	30	0
85	6	59	180	14	48	275	22	37			
90	7	24	185	15	13	280	23	1			

Arcus profectionis ad horas earumq; ſcrupula.

Hor.	' '' '''	Hor.	' '' '''	Hor.	' '' '''	Hor.	' '' '''
1	0 12 20	8	1 38 40	15	3 5 0	22	4 31 20
2	0 24 40	9	1 51 0	16	3 17 20	23	4 43 40
3	0 37 0	10	2 3 20	17	3 29 40	24	4 56 0
4	0 49 20	11	2 15 40	18	3 42 0	30	6 10 0
5	1 1 40	12	2 28 0	19	3 54 20	40	8 13 20
6	1 14 0	13	2 40 20	20	4 6 40	50	10 16 40
7	1 26 20	14	2 52 40	21	4 19 0	'	'' ''' ''''
'	'' ''' ''''	'	'' ''' ''''	'	'' ''' ''''		

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Vnde autem ducendum ſit anni profectionis principium dubium videri poſſit: utrum ab eodem momento horarum nativitatis, an a tempore revolutionis annuæ: Et hoc forſan probabile magis. Itaq; in propoſito exemplo principium anni erit D. 11. Martii. H. 5. pri 57. P. M. inde in terminum datum continuantur dies 152 H. 13. pri. 33. Hiſce autem ex tabula reſpondent, diebus quidem gr. 12. pri. 30: at horis pri. 2. ſec. 47 fere: ſumma gr. 12. pri. 32. ſec. 47: & locus profectionis gr. 12. pri. 54 ♌.

Iam ſi invertatur quæſtio, tabula eadem ſatiſfaciet: Profectus ſit Sol in gr. 12. pri. 53 ſec. 47 ♌, anno ætatis ſexageſimo quinto. Quo id tempore? principio anni pervenit ad gr. 0. pri. 21 ♌: differentia hujus ac illius dati eſt gr. 12. pri. 32. ſec. 47: Quo arcu in areis quæſito iteratus ingreſſus invenit D. 152. H. 13. pri. 33.

Gr.	′	″	‴	D.	H.	′
12	25			151		
0	5			1		
	2	28		0	12	
		12	20	0	1	
		6	10	0	0	30
			30	0	0	3
12	32	47		152	13	33

Partis vero proportionalis doctrina inventum tempus parum immutat.

	Gr.	′		Gr.	′	″	D.
Seq.	12	45	*Dat.*	12	32	47	155
Præc.	12	20	*Præc.*	12	20		150
Diff.		25			12	47	5

	Di.	Ho.	′
Ergo p. p. eſt	2	13	22
Addend.	150		
	152	13	22

Differentiæ autem cauſa protinus ex compoſitione tabulæ manifeſta eſt.

Nunc ſi principium anni ſtatuatur ad tempus revolutionis, D. 11 Martii H. 5. pri. 57: inde inventi dies continuati incident in diem 10 Auguſti H. 19. pri. 30.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

4. Qui planeta domum habet in eo ſigno ad quod proficiſcitur Horoſcopus: is Chronocrator annuus appellatur: ſæpe duplex.

Nec id mirum videri debet. Raro enim accidit, ut principia ſignorum Horoſcopum habeant: hoſpitium vero planetis ſigna præbent ab initio. Cum ergò duplex eſt, priorem anni partem, quam requirunt reliqui adhuc gradus ad completionem ſigni, unus gubernat: reliquam à ſequentis ſigni principio ad gradus Horoſcopi, alter. Si Horoſcopum teneat gr. 0. ♈: anno 26 profectio incidit in gr. 0. ♉: in tauro autem domum habet ♀. Itaq; toto anno Chronocratoris munus Veneri committitur. In exemplo noſtro Horoſcopus principio anni 65 proficiſcitur ad gr. 15. pri. 29 ♌: annum claudit profectione ad gr. 15. pri. 29 ♍: itaq; duo Chronocratores erunt ☉ & ☿: Sol quidem priori anni parte: Mercurius vero poſteriore: Partes tamen inæquales erunt. Illic enim in ♌ ſuperſunt adhuc gr. 14. pri. 31: hic in ♍ gr. 15. pri. 29. Quantum ergò temporis uterq; requirat, ex modo dictis conſtare poteſt: pro Sole D. 176. H. 14. pri. 36.

	Gr.	′	″	‴	Di.	Ho.	′	
☉	14	28			176			
		2	52	40		14		
			7	20			36	*ferè*
	14	31	0	0	176	14	36	

Vt proinde gubernatio illius ſeſe extendat in 2 Auguſti: Reliqua autem anni pars Mercurio committitur.

Nec tamen perpetuo, cum ſigni gradus in Horoſcopo ſunt, Chronocrator eſt duplex. Exceptionem enim parit Saturnus, qui duo ſua domicilia habet conjuncta. Ita in exemplo noſtro, anno ætatis 70 Horoſcopus proficiſcitur ad gr. 15. pri. 29 ♑: anno 71 ad gr. 15 pri. 29 ♒: in utroq; autem ſigno ♄ habet hoſpitium: Itaq; toto anno 70 annui dominii ſibi commiſſam rationem retinet.

HOROSCOPOGRAPHIÆ

Caput XXIII.

De directione.

1. Hactenus deductio in Zodiacum relata duo genera habuit: penes AEquatorem eſt directio: etiam generis inſignita nomine.

Directio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

2. Directio eſt progreſsio ſignificatoris, periodo quidem 360 ut temporum ita annorum abſoluta: commatis tamen, colis, ac intermediis ſpaciis ad normam aſcenſionis, diſcenſioniſve inæqualis.

Duo motionum genera hactenus fuerunt. Revolutio inæquales habuit diverſarum ſtellarum periodos, cum propria illa eſſet cujuſq; motio: Profectio æqualem quidem omnium periodum continuit, ſed fuit ea abſq; omni commatum & interciſorum ſpaciorum inæqualitate, tantum in Zodiacum relata. Nunc verò deductio ſupereſt: quæ tota quidem æquali omnium conſtat periodo: ſed mediorum intervallorum magna eſt inæqualitas, pro anomalia aſcenſionum partium Zodiaci intermediorum. Periodus autem citra controverſiam eſt T. 360: quot nimirum continet integra æquatoris revolutio. Aſtrologi eam totidem menſurant annis: ita ut quodlibet directionis tempus annum unum expoſcat.

AEquatoris.

′	D.	H.
1	6	2
2	12	4
3	18	6
4	24	8
5	30	10
6	36	12
7	42	14
8	48	16
9	54	18
10	60	20
15	91	6
20	121	16
25	152	2
30	182	12
35	202	22
40	243	8
45	273	18
50	304	4
55	334	14
60	365	0

Horarum.

′	A.	D.	H.
1		91	6
2		182	12
3		273	18
4	1	0	0
5	1	91	6
6	1	182	12
7	1	273	18
8	2	0	0
9	2	91	6
10	2	182	12
15	3	273	18
20	5	0	0
25	6	91	6
30	7	182	12
35	8	273	18
40	10	0	0
45	11	91	6
50	12	182	12
55	13	273	18
60	15	0	0

″	D.	H.	′
1	1	12	30
2	3	1	0
3	4	13	30
4	6	2	0
5	7	14	30
6	9	3	0
7	10	15	30
8	12	4	0
9	13	16	30
10	15	5	0
15	22	19	30
20	30	10	0
25	38	0	30
30	45	15	0
35	53	5	30
40	60	20	0
45	68	10	30
50	76	1	0
55	83	15	30
60	91	6	0

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Hac analogia facile erit ſcrupula æquatoris in anni partes convertere. Nec erit diſsimilis ratio, ſi reſolutæ in horas aſcenſiones offerantur. Nam 1 horæ, 15 anni conveniunt. Quare pro minutis cum æquatoris, tum horarum illæ erunt tabulæ.

3. Directio directa eſt vel converſa.

4. Directa ſignificatorem ſecundum ordinem ſignorum ad promiſſorem deducit.

Ita ſi ſignificator principium ♈ teneat, promiſſor ſit in ♉: directione directa ſignificator ad promiſſorem pertingit.

5. Vbi pro optato aut tempore aut promiſſore aſcenſiones tenentur, Significatore ab Horoſcopo cis meridianum locato: deſcenſiones, eodem citra meridianum remoto; in elevatione poli illius commeridiani in quo ſignificator iacet.

Vnde primo quidem conſtat: ſi ſignificator in meridiano ponatur, tum elevationem nullam futuram, ac proinde uſurpandas eſſe aſcenſiones rectas. Deinde vero ſignificatore in Horizonte locato, depromendas eſſe aſcenſiones deſcenſioneſve ex ea aſcenſionum tabula quæ latitudini loci reſpondet. Sed ſi extra hos exſiſtat cardines, inveſtiganda eſt poli elevatio ſupra ſignificatoris commeridianum: atq; illius aſciſcenda eſt aſcenſionum tabula. Pro elevatione autem illa inveſtiganda, capite 13 & tabulæ & præcepta proſtant. Ita ſi exempli loco Lunæ partes ſignificatoris in geneſi propoſita dentur: inveniendo tempori deſcenſiones inſervient, depromptæ quidem ex tabula pro elevatione gr. 10. pri. 36. Tanta nimirum inventa eſt elevatio poli ſupra circulum poſitionum in quo Luna ponitur.

Si ſol ſignificator exſiſtat: viciſsim adhibendæ erunt deſcenſiones obliquæ: cum citra meridianum procumbat. Eſt vero elevatio poli ſupra illius commeridianum gr. 28. pri. 28: itaq; ex tabula pro tanta latitudine depromendæ illæ erunt deſcenſiones.

6. Ita quidem, ut ſubductio aſcenſionis deſcenſionisve ſignificatoris ab aſcenſione deſcenſionève promiſsoris relinquat tempus optatum.

Rem illam in omni ſignificatoris ſitu iſthæc declarabunt exempla.

Significator in meridiano.

Si in ſpeculum Aſtrologicum noſtri exempli intueamur, ſequuntur cuſpidem domus decimæ △ ♃: △ ♀: dexter uterq;: ☍ ☉. ☍ ♄. ☍ ♂: & ſi qui ſunt ordine planetarum radii alii. Quærantur arcus directorii & confecta ſpacia priuſquam M. C. eò pertingat.

Longitudo ♃ eſt in gr. 14. pri. 55 ♉: latitudo gr. 1. pri. 5. M. Ergo ſcrupula proſthaphæreſeos aſpectus quaſi nulla ſunt. Manet ergò longitudo △ dextri in gr. 14. pri. 55 ♍: Ergô aſcenſio illius recta invenitur T. 166. pri. 6. Aſcenſio verô recta M. C. eſt T. 158. pri. 4. Quæ ablata ab aſcenſione illa relinquit optatum directionis arcum T. 10. pri. 4: cui æquantur anni 10. Di. 24. H. 8.

			T.	'
Aſcenſ.	△	♃	166	6
	M.	*C.*	158	4
			8	2

		An.	Di.	H.
T.	8	8		
Pri.	2		12	4
		8	12	4

Quibus à momento nativitatis elapſis medium cæli ad △ ♃ dextrum via directionis pertingit.

Exemplum II.

☍ ☉ incidit in gr. 0. pri. 21 ♎.

	T.	'
Aſcenſio verò illius recta eſt	180	19
Aſcenſioq; recta M. C.	158	4
Arcus directionis	22	15

Cum eo congruunt anni 22. D. 91. H. 6: poſt quorum defluxum directio M. C. in ☍ ☉ incidit.

Exemplum III.

Tabulæ domorum quoq; huic inventioni commodare poſſunt. Horas enim ibi à meridie annotatas aſcenſiones rectas eſſe graduum in vicina columna aſcriptorum ſuperius diximus.

Eſt aſcenſio recta M. C. ſupra inventa H. 10. pri. 32. ſec. 17. offerantur nunc termini aliquot planetarum: ♂ in 28 ♍. ♄ in gr. 0 ♎: ☿ in gr. 14 ♎: ♃ in gr. 21 ♎. ♀ in gr. 28 ♎.

	Sunt aſcenſiones rectæ:				*Arcus directionis*		
	H.	'	''		H.	'	''
♂	11	52	40		1	20	23
♄	12	0	0		1	27	43
☿	12	51	32	*itaq;*	2	19	15
♃	13	17	36		2	45	19
♀	13	44	0		3	11	43

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Iam pro annis inde emergentibus analogia ſupra eſt propoſita; ac erunt pro termino.

	An.	D.	H.
♂	20	35	
♄	21	339	3
☿	34	296	13
♃	41	120	3
♀	47	338	17

Significator in Horoſcopo.

Obliqua Horoſcopi aſcenſio in noſtro inventa eſt T. 248. *pri.* 4 *in ſpeculo aſtrologico ſuccedunt deorſum in aſpectuum ordine* ☍ ♀ : △ ☽ *dexter* : △ ☉ *dexter* : △ ♄ *dexter* : □ ☿ *dexter* : □ ☽ *dexter* : □ ☉ *dexter* : □ ♄ *dexter, & ſi qui ſunt radii alii: quorum directorii arcus hinc erunt in prompto. Nos exempli loco dirigamus* □ ☉. *ac* □ ♄.

Aſpectus quadratus nulla opus habet correctione. Itaq; incidet □ ☉ *in gr.* 0. *pri.* 21 ♑: □ ♄ *in gr.* 6. *pri.* 26 ♑. *expers uterq; latitudinis.*

Aſcenſio obliqua □ ☉ *eſt T.* 308. *pri.* 46: *at* □ ♄ *aſcenſio T.* 315. *pri.* 3: *in elevatione gr.* 55. *Inde ablata aſcenſio obliqua Horoſcopi relinquit illic quidem T.* 60. *pri.* 42. *hic verò T.* 66. *pri.* 59. *quibus reſpondent illic quidem anni* 60. *dies* 255. *H,* 12: *hic verò Anni* 67 *minus D.* 6. *H.* 2.

Ita directio Horoſcopi ad □ ♂ *in gr.* 21. *pri.* 51 ♑. *habet T,* 80. *pri.* 4.

	T.	′
Nam aſcenſ. □ ♂ *eſt*	328	18
Horoſcopi	248	4
Ergo directio	80	14

Hic viciſſim tabulæ domorum cæleſtium adhiberi poſſunt. Nam exempli loco, loco □ ♂ *reperto in columna Horoſcopi reſpondent in columna temporis à meridie H.* 15. *pri,* 53. *ſec.* 14: *at cum Horoſcopo conveniunt H.* 10. *pri,* 32. *ſec.* 17. *Differentia H.* 5. *pri.* 20. *ſec.* 57: *pro quæſita eſt directione. Hiſce vero reſpondent anni* 80. *D.* 86. *H,* 16. *pri.* 30.

H.	′	″	An.	D.	H.	′
5			75			
	20		5			
		55	0	83	15	30
		2	0	3	1	
5	20	57	80	86	16	30

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Levi admodum diſcrimine ab arcu, quem paulo antea invenimus; cujus quidem ut cauſa in promptu eſt: ita ratio magna habenda non eſt. Minutiora enim illa tempora hinc non eſſe conjicienda Aſtrologi perhibent.

Significator in cardine occaſus.

Deſcendit in Horizonte exempli noſtri gr. 15. pri. 29 ♉: obliqua illius deſcenſio eſt T. 68. pri. 4. Sequuntur hunc cardinem aſpectus varii: quæramus ex iis quo tempore pertigerit ad ✶ ♀ ſiniſtrum. Venus eſt in gr. 16. pri. 8 ♉: latitudinem habet gr. 2. pri. 12 borealem. Itaq; per 13 prop. 19 capitis locus ✶ ♀ incidit in gr. 16. pri. 7 ♋. Aſcenſio recta T. 107. pri. 30. differentia aſcenſionalis T. 38. pri. 39. Ergò deſcenſio obliqua erit T. 146. pri. 9: inde ablata deſcenſio cardinis relinquit T. 78. pri. 5 pro arcu directionis: cui quidem reſpondent anni 78. D. 30. H. 10.

Ita ✶ ☉ in gr. 0. pri. 21. ♊ deſcenſionem habet T. 89. pri. 59. inde ablata deſcenſio cardinis relinquit directionis T. 21. pri. 55: hoc eſt: annos 21. D. 334. H. 14.

Significator extra cardines.

Eſto in exemplo noſtro Sol loco ſignificatoris, promiſſoris partes habeat Saturni terminus in gr. 25 ♈. Circulus poſitionum Solis inclinatur ad axem mundi gr. 28. pri. 28. in tanta elevatione Solis deſcenſio invenitur T. 0. pri. 23.

In eadem elevatione terminus Saturni in gr. 25 ♈ habet deſcenſionem T. 28. pri. 28. Deſcenſio ſignificatoris à deſcenſione promiſſoris relinquit T. 28. pri. 5: quibus reſpondent anni 28. D. 30. H. 10.

Eadem ratione ſi ſignificatorem teneamus eundem, promiſſorem vero aſſumamus □ ☽ in gr. 16. pri. 25 ♊. Qui cum latitudine careat deſcenſionem habet T. 88. pri. 26. in elevatione gr. 28. pri. 28. Itaq; ſubductio deſcenſionis ſignificatoris á deſcenſione promiſſoris relinquit T. 88. pri. 3 directionis: quibus anni 88. D. 18. H. 6. conveniunt.

Modus idem fuerit ſi ſignificator ab Horoſcopo cis Meridianum ponatur, acceptis aſcenſionibus.

7. At pro directione ſignificatoris extra cardines methodus Ptolemaica hæc putatur: Horaria tempora ſignificatoris diurna quidem, ſi ſupra terram exſiſtat, nocturna, ſi infra, ſunt ad diſtantiam ipſius à meridiano, ut horaria promiſſoris ſimilia ad ſimilem ipſius à meridiano diſtantiam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

CAP. XXIII.

Similia tempora promiſſoris intelligantur, ut diurna ſint, cum ſignificatoris diurna ſunt, nocturna vero, ubi nocturna. Similiſq; diſtantia, quam obtinere deberet, ut ſimilem cum Significatore ſitum haberet.

Tribus autem illis terminis notis, ratiocinium regulæ aureæ protinus quartum inveſtigabit. Qua autem ratione noti ſint illi, certè inter Aſtrologos adhuc dubium eſt. Alii enim horaria tempora inquirunt, ſolius longitudinis ratione habita: unde methodum prædicant neq; poſitionum circulis neq; declinationibus moleſtam. Alii contra non latitudinis nullam haberi rationem volunt: Atq; hinc non levis arti eſt inuſta macula, cujus delendæ partes ipſi ſibi ſumant Aſtrologi: pro horariis quoq; temporibus communis opinio elevationem poli ſupra Horizontem retinet, nulla ratione circuli poſitionum habita.

Exemplum I.

Solem nobis proponamus ſignificatorem: promiſſor ei adjungatur ♄: terminus in gr. 25 ♈.

Aſcenſio recta imi cæli eſt T. 338. pri. 4. aſcenſio vero recta termini ♄ eſt T. 23. pri. 9. Ergo diſtantia termini ♄ ab imo cæli eſt T. 45. pri. 5. Diſtantia vero Solis ſupra inventa eſt T. 22. pri. 15. Sol infra terram eſt: itaq; illius tempora horaria nocturna inquiruntur: quæ ad elevationem poli gr. 55 confecta tabula exhibet 14. pri. 58. In eadem poli elevatione exſtant promiſſoris nocturna horaria T. 12. pri. 39.

Nunc diſtantiam ſignificatoris à meridiano multiplicent horaria tempora promiſſoris: factus erit ſexag. pr. 4. integr. 41. pri. 27. ſec. 45.

Factum dividant horaria ſignificatoris. Quotum invenient T. 18. pri. 48 pro quarto optato.

Exemplum II.

Manente eodem ſignificatore, promiſſoris locum □ ☽ obtinent in gr. 16. pri. 25 ♊: □ ☽ latitudine caret per 10 prop. 19 cap. Ergo illius aſcenſionem rectam exhibet tabula aſcenſionum, partium ſigniferi T. 75. pri. 15. itaq; illius ab imo cæli diſtantia habebit T. 97. pri. 11. Iam tempora illius horaria nocturna ex doctrina ſuperiori inveniuntur 8. pri. 51. Diſtantia ſignificatoris atq; horaria tempora jam è primo conſtant exemplo. Nunc ſi horaria tempora promiſſoris multiplicent diſtantiam ſignificatoris: factumq; ſexagen. prim. 3 integr. 16. pri. 54. ſec. 45 horaria ſignificatoris dividant: Quotus habebit T. 13 pri. 9 pro quarto optato.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Exemplum III.

Significator jam ſit cuſpis octavæ domus gr. 9. pri. 47 ♊: *promiſſor exſiſtat terminus* ♂ *in principio* ♋. *Collatio fiet ad medium Cæli, ac erit inde ſignificatoris diſtantia T. 89. pri. 57: promiſſoris verò T. 68. pri. 4. Horaria tempora ſignificatoris diurna 20. pri. 52 promiſſoris 21. pri. 24. Nunc factum ab horariis promiſſoris per diſtantiam ſignificatoris dividant horaria ſignificatoris: quotus erit T. 92. pri. 15 pro quarto optato.*

Exemplum IIII.

Eidem ſignificatori conjungatur promiſſor terminus ♀ *in gr. 7.* ♍. *Diſtantia ſignificatoris ac horaria tempora jam nota ſunt: Diſtantia vero promiſſoris invenitur T. 0. pri. 41: horaria tempora 17. pri. 10. Ergo ſi factum ab intervallo ſignificatoris per horaria tempora promiſſoris dividant horaria ſignificatoris: quotus optatus erit T. 74. pri. 0.*

Quorſum verò quartus ille: ac ſimilis diſtantia?

8. Diſtantia illa proſthaphæreſis eſt diſtantiæ promiſſoris ac arcus directionis optatæ.

9. Nam ſi uterque & ſignificator & promiſſor inter Horoſcopum fuerint & medium cæli, aut imum cæli & cardinem occaſus: ſubducta ex diſtantia promiſſoris à meridiano, relinquit arcum directionis.

In exemplo primo & ſignificator & promiſſor inter cardinem occaſus & cæli imum intercipiuntur: diſtantia illa ſimilis, quæ proſthaphæreſis eſt, inventa eſt T. 18. pri. 48: diſtantia vero promiſſoris ab imo cæli eſt T. 45. pri. 5: itaque inde ablata proſthaphæreſis relinquit T. 26. pri. 17 pro arcu directionis: cui conveniunt anni 26. D. 103. H. 10.

10. Sin uterque inter medium cæli & occaſum, aut imum cæli & Horoſcopum: diſtantia promiſſoris à proſthaphæreſi inventa relinquit arcum directionis optatum.

Exemplum tertium ſignificatorem & promiſſorem ſimul inter cæli medium & occaſum habuit: diſtantiam promiſſoris à cæli culmine T. 68. pri. 4: proſthaphæreſin invenit T. 92. pri. 15. unde ablata diſtantia relinquit pro arcu directionis T. 24. pri. 11: nimirum annos 24. D. 66. H. 22.

11. Si verò in diverſis quadrantibus exſiſtant ſignificator ac promiſſor: quotus cum diſtantia promiſſoris à meridiano colligit optatum directionis tempus.

Exemplo quarto ſignificator eſt inter cæli culmen & occaſum: promiſſor vero ab Horoſcopo cis meridianum incidit; Diſtantia T. 0. pri. 41. proſthaphæreſis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

phæreſis vero inventa habuit T. 74. pri. 0: itaq; utriuſq; ſumma eſt T. 74. pri. 41 pro arcu directionis: qui annos 74. D. 249. H. 10 complectitur.

Ac ea ratione exempli ſecundi arcus directorius habebit T. 110. pri. 20.

Quam verò longè à ſe invicem abſint modus ille Ptolemaicus atq; Regiomontani, ex hiſce conſtare poteſt: uter verior atq; certior exſiſtat, id eſt quod ab Aſtrologis exſpectamus.

12. Illa ergo temporis optati inventio fuit: additio vero aſcenſionis deſcenſioniſve ſignificatoris, temporumq; elapſorum colligit aſcenſionem deſcenſionemve optati promiſsoris.

Hactenus & ſignificator & promiſſor dati ſunt: inventio temporis interjecti ſuſcepta eſt: Nunc quæritur quô perveniat ſignificator poſt certum temporis intervallum: priori epilogiſmo ſubductio præfuit: huic additio præficitur: illic dati promiſſoris quæſita aſcenſio aut deſcenſio: hic notæ aſcenſionis deſcenſioniſve promiſſor inveſtigatur: gradus nimirum Zodiaci Cooriens aut condeſcendens. Aſcenſio deſcenſiove nota eſt ex additione aſcenſionis deſcenſioniſve ſignificatoris ac elapſorum temporum: nimirum eâ analogiâ de qua ſupra: ut anno uni tempus unum reſpondeat. Pro promiſſore autem eſt gradus Zodiaci ſimul aut oriens aut occidens: in tanta elevatione poli quanta eſt ſupra circulum poſitionum in quo ſignificator ponitur: ut 5 prop. docuit.

Exemplum I.

Eſto ſignificatoris loco ipſum cæli culmen: dentur anni elapſi 22. D. 91. H. 6. Quæritur quo tum cæli faſtigium pervenerit: Aſcenſio M. C. eſt T. 158. pri. 4: tempori dato in æquatore reſpondent T. 22. pri. 15 ex 2 propoſ. Summa utriuſq; eſt T. 180. pri. 19 pro aſcenſione optati promiſſoris. Quia vero ſignificator in M. C. eſt: ideo aſcenſio recta eſt: & cooritur gr. 0. pri. 21 ♎ in quem locum ☍ ☉ incidit.

Exemplum II.

Vnde & illud patet, etiam domorum tabulas huic rei inſervire: ut ſi quæratur quo veniat cæli culmen poſt annos 20. D. 35.

	H.	′	″
Conſtat aſcenſio recta M. C.	10	32	17
Tempus elapſum convertitur in	1	20	23
Itaq; ſumma	11	52	40

eſt

eſt pro aſcenſione promiſſoris: quæ in columna horarum à meridie inventa exhibet in columna proxima gr. 28 ♍: quo terminus ♂ incidit.

Exemplum III.

Aſſumatur in ordinem ſignificatorum Horoſcopus: illius aſcenſio obliqua eſt T. 248. pri. 4. Anni elapſi ſint 67 minus 6 diebus & H. 2. Quo tum Horoſcopus perveniet? Tempori dato reſpondent in æquatore T. 66. pri. 59. Quæ ſi addantur aſcenſioni Horoſcopi ſumma T. 315. pri. 3: erit pro aſcenſione obliqua optati promiſſoris, poli vero elevatio eſt gr. 55. Ergo cooritur gr. 6. pri. 26 ♑. Qui locus ſi in tabula aſpectuum exquiratur: monſtrabit nobis Horoſcopum eo anno ad □ ♄ perventurum.

Exemplum IIII.

Atq; hic viciſſim tabularum figuræ cæleſtis uſus erit. Ita anni 80. D. 86. H. 16. pri. 30 convertuntur in H. 5. pri. 20. ſec. 57. Iam vero Horoſcopo ex columna horarum à meridie reſpondent H. 10. pri. 32. ſec. 17. Nunc ſumma utriusq; colligit H. 15. pri. 53. ſec. 14. Quæ ſi in columna horarum ac temporis à meridie quærantur, exhibebunt in columna Horoſcopi gr. 21. pri. 51 ♑. Quare poſt elapſum dati temporis ſpacium Horoſcopus dirigetur in gr. 21. pri. 51 ♑: qui eſt in figura cæleſti □ ♂.

Atq; eadem erit in reliquis domorum reliquarum columnis inveniendi ratio.

Exemplum V.

Nunc ſi pro ſignificatore ſit cardo occaſus: eſt illius obliqua deſcenſio T. 68. pri. 4. Si anni elapſi ſint 21. D. 334. H. 14: iis reſpondent T. 21. pri. 55: Quæ ſi addantur deſcenſioni ſignificatoris: ſumma erit T. 89. pri. 59 pro deſcenſione optata. Cum ea verò una deſcendit gr. 0. pri. 21 ♊: qui eſt ✱ ☉ ac optatus promiſſor.

Exemplum VI.

Iam ſi Solem accipiamus ſignificatorem, illius circulus poſitionum habet ſupra ſe polum elevatum gr. 28 pri. 28; ut jam antea conſtitit: itaq; illius deſcenſio obliqua eſt T. 0 pri. 23: Iam ſi dati ſint anni 28. D. 30. H. 10: iis reſpondent T. 28 pri. 5: quæ ſi addantur deſcenſioni Solis, ſumma eſt T. 28.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

pri. 28 pro deſcenſione optata, cum qua in elevatione illa poli gr. 28. pri. 28 condeſcendit gr. 25 ♈: ubi terminus ♄ incipit: atq; ille promiſſor eſt optatus. Et hactenus directio directa.

13. Directio converſa ſequitur: quæ ſignificatorem contra ſignorum ſeriem ad promiſſorem deducit.

14. Vbi eadem cum priore via eſt mutatis terminis: ut quæ illic ſignificatoris erant conditiones hic promiſsoris eſse intelligantur.

Converſam directionem Sorti tribuunt ac planetis retrogradis Aſtrologi recentiores: Ptolemæus verò ſoli aphetæ, qui vitæ eſt prorogator, inter cæli culmen & occaſus cardinem. Sed id hic non exponimus: alterius Aſtrologiæ partis eſt munus: ipſam directionis methodum hic docemus. Ac quia converſa eſt hic ratio: merito omnia inverſa intelliguntur. Itaq; aſcenſiones & deſcenſiones hic depromentur ex tabulis aſcenſionum in ea elevatione poli, quanta eſt ſupra circulum poſitionum in quo promiſſor ſitus eſt. Aſcenſio deſcenſiove ſignificatoris erit terminus à quo. Et ſic de reliquis: quæ exemplis protinus erunt manifeſtiſſima.

Significatoris locum habeat Sors in gr. 1. pri. 54 ♏ per 10 prop. 20 capitis: promiſſoris partes accipiat ☍ ☉ in gr. 0. pri. 21 ♎: ut jam arcum directionis inveniamus, concipiamus nobis ☍ ☉ eſſe ſignificatorem: illius circulus poſitionum inclinatur ad axem mundi gr. 28. pri. 28. Itaq; illius aſcenſio eſt T. 180. pri. 23. In eadem illa elevatione locus Sortis aſcenſionem habet T. 216. pri. 26. Iam ab aſcenſione non promiſſoris ſed ſignificatoris ſubducta aſcenſio non ſignificatoris ſed promiſſoris relinquit T. 36. pri. 3 optatum directionis arcum: cui reſpondent anni 36. D. 18. H. 6.

Eadem ratio inverſionis fuerit in methodo illa: quæ Ptolemæi putatur. Diſtantia promiſſoris eſt à meridiano T. 22. pri. 15. Et quia is ſupra terram eſt, ideo tempora illius horaria exhibentur diurna 14. pri. 58: Ita ſignificatoris diſtantia à meridiano invenitur T. 51. pri. 39: Horaria tempora diurna 12. pri. 1. Nunc omnia inverſa concipiantur: horaria ſignificatoris multiplicent diſtantiam promiſſoris: factumq; dividant horaria promiſſoris quotus habebit T. 17. pri. 52 pro quarto optato. Iam quia uterq; & ſignificator & promiſſor inter Horoſcopum & meridianum intercidunt: per 9. propoſ. quotus ille inventus ſubductus ex diſtantia non promiſſoris, ut illic, ſed ſignificatoris T. 51. pri. 39 relinquit T. 33. pri. 47 pro arcu directionis converſæ: cui conveniunt anni 33. D. 285 H. 22.

15. Qui planeta terminum habet in loco Zodiaci ad quem ſignificator dirigitur: is diviſoris nomen obtinet: quem Algebutharem peregrina voce appellant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Invenimus paulo ante Horoſcopum via directionis anno nativitatis 68 ad gr. 6. pri. 26 ♑. Iam ex 26 propoſ. 3 capitis terminum ſuum eo loco Mercurius habet. Itaq; is Horoſcopi erit diviſor.

Eadem ratione Sol anno 29 venit ad gr. 25 ♈. ibi cum ♄ termini dominium obtineat, Algebutharis honorem in Sole accipit.

Quando vero aut incipiat aut deſinat & quamdiu duret illud diviſionis imperium: quæ hactenus exempla tractavimus docere quidem poſſunt luculentiſſimè. Pro illis tamen ac ſimilibus omnibus, ex doctrina ſuperiori tabula confici poteſt, unde protinus & de optato promiſſore, ac diviſore, & de quæſito tempore conſtet: Nimirum uni columnæ inſcribuntur ordine anni nativitatis currentes: vicina aſcenſionem deſcenſionemve ſignificatoris accipit continuè tempore uno auctam: proximè adjacens gradus coorientes in circuli poſitionum ſignificatoris elevatione aut cooccidentes habet: unde pro denominandis aut diviſoribus aut aliis competentibus promiſſoribus aliæ conjungi columnæ poſſunt. Ac ne res exemplo careat, pro Horoſcopo Nativitatis Ranzovianæ illa erit tabula.

Tabula directionum ac diviſionum Horoſcopi nativitatis Ranzovianæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

An.	Aſ. H. T. M.	Prom. G ♏ M	Diviſ. Gr.	Aſpect	An.	Aſ. H. T. M.	Prom. G ♐ M	Diviſ. Gr.	Aſpect
1	248 4	15 29	☿ 11		37	284 4	10 20		
2	249 4	16 9		☍ ♀	38	285 4	11 4		
3	250 4	16 49		△ ☾	39	286 4	11 49	♀ 12	
4	251 4	17 29			40	287 4	12 34		
5	252 4	18 9			41	288 4	13 19		
6	253 4	18 49	♃ 19		42	289 4	14 4		
7	254 4	19 30			43	290 4	14 49		
8	255 4	20 10			44	291 4	15 35		
9	256 4	20 52			45	292 4	16 22	☿ 17	□ ☾
10	257 4	21 31			46	293 4	17 9		
11	258 4	22 11			47	294 4	17 55		
12	259 4	22 52			48	295 4	18 43		
13	260 4	23 31	♄ 24		49	296 4	19 30		
14	261 4	24 14			50	297 4	20 19	♄ 21	
15	262 4	24 55			51	298 4	21 7		
16	263 4	25 35			52	299 4	21 57		△ ♂
17	264 4	26 16			53	300 4	22 46		
18	265 4	26 57			54	301 4	23 36		
19	266 4	27 38			55	302 4	24 26		
20	267 4	28 19			56	303 4	25 17	♂ 26	
21	268 4	29 1			57	304 4	26 9		
22	269 4	29 42	♃ 0		58	305 4	27 1		
23	270 4	0 ♐ 23		△ ☉	59	306 4	27 54		
24	271 4	1 5			60	307 4	28 47		
25	272 4	1 47			61	308 4	29 42	☿ 0	
26	273 4	2 29			62	309 4	0 ♑ 38		□ ☉
27	274 4	3 10			63	310 4	1 34		
28	275 4	3 52			64	311 4	2 30		
29	276 4	4 35			65	312 4	3 28		
30	277 4	5 17			66	313 4	4 26		
31	278 4	5 59			67	314 4	5 28		
32	279 4	6 42		△ ♄	68	315 4	6 27	♃ 7	□ ♄
33	280 4	7 25		□ ☿	69	316 4	7 29		✱ ☿
34	281 4	8 9			70	317 4	8 32		
35	282 4	8 53			71	318 4	9 35		
36	283 4	9 37			72	319 4	10 40		

Nec alia erit aliorum ſignificatorum ratio, pro inveſtigando illo directionum tempore, aut competente diviſore, tantopere ab Aſtrologis expetito.

Atq; ita in finem ea perducta ſunt, ad quæ ut incumberem magni me Henrici Ranzovii petitio impulit. Etſi enim varia me negotia facilè excuſare potuiſſent: nolui tamen committere, ut quæ promiſeram olim, iis ne ſtetiſſe viderer. Si quæ inde ad alios redundarit utilitas, ea tota viro illi clariſsimo accepta erit referenda. Is in oculis hominum & magnis gubernandæ reip. negotiis poſitus eſt: de re tamen literaria benè merendi nullas prætermittit occaſiones. Illius, hoc, quicquid eſt, conſcriptum eſt privatis uſibus: eidem hoc datum eſt ut cum aliis communicaretur. Quibus hunc noſtrum qualemcunq; laborem gratum futurum ſperamus. Si votis eventa reſponderint alia illi à nobis verè mathematica magiſq; noſtra exſpectare poterunt. Neq; vero in hac ipſa arte procul progreſsi ſumus: Supereſt pars illa quæ ſituum cæleſtium æſtimationem ac dijudicationem complectitur: Quæ ſive ſeparatum expoſcat opus, ſive ſit in reliquas tribuenda partes, magnæ profecto eſt prudentiæ & acris judicii, & Aſtrologo futuro cum primis neceſſaria. Et quid enim ei profuerit ☌ ♄ & ♂ in ſigno humido noviſſe, ni poſsit inde grandines, imbres & tonitrua divinare? & quid divinaſſe profuerit, ni tempora maturitatis ex Solis, veneris aliorumve transplantatorum conſpiratione definire noverit? ♄ in XII figuræ cæleſtis domo exſtare, cumq; Hercule eſſe ☍, & □ luminarium vexari quid fuerit, ni inde probabili conjectura nato tuo captivitatem artis ſolertia poſsis prædicere, & ſuccedentis liberatoris radiis lætum dimiſsionis tempus definire. Ac videtur pars illa longè latèq; diffuſa eſſe per reliquas Aſtrologiæ partes: quarum duo prima ſunt ex ſubjecti varietate genera. Pars una meteorologica eſt de divinatione pluviarum, grandinum, ventorum, ſerenitatis, tempeſtatis indeq; conſecuturæ ubertatis, ſterilitatis, ſalubritatis, inſalubritatis. Hanc exſecuti ſunt Ptolemæus, & alii recentiores Ephemeridum ſcriptores repetitam ex vi Syzygiarum potiſsimum planetarum. Verum rei ruſticæ ſcriptores ex ortu & occaſu fixarum hinc enata prognoſtica diligentius videntur eſſe complexi. Etſi vero in tanta cauſſarum varietate, transplantationum neceſsitate, aëris inſtabilitate, montium, æquorum, fluminum, terrarumq; diſparitate, lubrica & inconſtans hæc eſſe videatur Aſtrologiæ præcognitio: Præ altera tamen & certior eſt & elegantior. Quæ enim pars hominem ſpectat ſive politica illa ſit de ſtatu, fortunis, bello, religione totius alicujus aut provinciæ aut regni aut civitatis aut familiæ, ſive genethliaca cuiuſq; hominis propria, anceps illa eſſe videtur & inconſtans, magnæ proinde ſagacitatis & naturæ potius bonitatis, quam artis præſtantiæ, ut non immerito cum ſcientia naturæ ſagacitatem in Aſtrologo Ptolemæus requirat. Neq; tamen propterea aut ars nulla eſt, aut nullus naturæ conſenſus, ſi tantis res

illa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

illa involuta difficultatibus & tanta fati cum arbitrio appareat pugna. Magna cæli eſt in corpora noſtra potentia, quæ ſi animi mores ſuis accommodent temperamentis, quod Galeno noſtro viſum eſt, haud leve artis firmamentum à Medicis Aſtrologi arripere poterunt, mutuas illi ſibi operas tradituri.

Sed quia hujus illa loci non ſunt, iis relictis Horoſcopographiam iſthoc claudamus voto: ut quæ eſt in medio palma poſita, ſi operæ precium fuerit, ad eam viri docti & prudentes conjunctis contendant animis: Aſtrologiamq; ſuperſtitionibus & nugis liberam, de ſuis enatam fundamentis, Phyſiciſq; ſuffultam momentis reipubl. literariæ libenter largiantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1



Henrici Ranzovii Sereniſsimi Daniæ regis illuſtris Vicarii Cimbrici vera effigies.

W.9452

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 600 4° copy 1